











NAZIONALE
BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
RB
1258
ROMA

FRANCISCI PHI.
LELFI SATY
RARVM

¶ FRANCISCI PHILELFI SATYRARVM HECATOSTICON PRIMA DECAS:

¶ HECATOSTICHA PRIMA.

IMmitē canit ille uirū: qui funera graiis
Mille tulit: raptam cū desæuiret amicā:
Erranteque refert captū post Ilion alto
Ore ducē: famæ titulis quē tollit ī astra
Rex huic Aeneas & fortē uisus Achillē
Et Laertiaden usuque acrique sagacem
Ingenio superare pius: non protinus omnes
Eloquii partes diuo concedit Homero.
At nobis Alphonse tuas: quæ laudibus omnem
Excessere modum: dum res cupientibus offert
Aemula Calliope: præceps uæsania morum
Non sinit: atque alio calamum uocat: otia dicens
Pieridum regina petit lætasque choreas.
Nunc age pugnandum: quo dignis parta trophæis
Pax tibi tranquillam promittat mente quietem.
Mox aderit tempus: quo tanti maxima regis
Facta canas: clarumque feras ad sydera nomen.
Sic igitur postq̄ færales otia mores
Impediunt optata mihi; citus arma capessam.
Et præstabo uirum: sed tu Florentia uati
Dia ignosce tuo. non te lacerare sed istos
Aggredimur: tetris qui moribus omnia pergunt
Et scelerare truces: & turpibus addere fœda:
Ignoscant Itali: totusque ignouerit orbis.
Cunctis bella malis indicimus. Arma ministrat
Fortia uel Nemesis uel mentis conscia uirtus.
Vnde pium temptemus opus? quis in agmine tanto
Improbitatis erit: qui se prior offerat audax?
Non me turba iuuat: nam quos ignaua triumphos
Plebs afferre queat? tete peto curia primum:
Quæ tot alis portenta uirum. Vexillifer iste

Iusticiæ miseranda tuus noctesque diesque
Per scelus omne trahit: mihi quid miser arma minaris
Doffe: senex longe qui pædicator in alta
Arce sedes: & iura tuo firmanda reatu
Aurea constituis? si me squalentia sæuæ
Gorgonos arua minax Gangisue habitare recessus
Iusseris: aut gelidos pulsum penetrare Britannos:
Si uel Hyperboreos profuges decoctor ad axes:
Non tamen a satyra: a uitiis quam millibus ornes:
Deterrere tubam possis malesane tremendam.
Quinentiam ætherius si Iupiter undique creber
Ipse tonet: me nulla tamen furibunda mouebunt
Fulmina: quin ueri quicquid cognouero: fractus
Iusticia atque animo: nulli parsurus: id omne
Eloquar audacter. quis enim tam durus & expers
Mentis auariciam sæcli scelera ultima nostri
Immanem tolerare queat? dum templa frequentas:
Conaris superos precibus seducere & auro.
Voce petis: quæ corde negas: animumque decusque
Virtutemque omnem. Laudat te uulgus: & omnis
Turba pium celebrat: quanto confringeris æstu:
Ignara introrsum: quid tuta silentia norunt?
Hinc pathicus tecum: atque illinc Nonaria cænat.
Induperatorem sese uocat ille: quod uni
Paret bella gerens: sequiturque exercitus omnis.
At tu qui uitio non uni deditus: unus
Mille libidinibus: probro omni: dedecorique
Sponte geras morem: ac te dedas: fare. quot atros
Induperatores pateris: quot mente Tyrannos?
Hunc natum uocat is: cui frater: at iste nepotem.
Nec fratrem frater: nec patrem filius audit.
Quæ nerui non monstra parent? socer arte latentem
Exere cauta nurus transuersis rideat hirquis.
Vitrea te bilis male turbat. qualis in hostem
Marmaricus uibrante iuba gemituque frementi
Fertur & arma Leo: sic formidandus amicos

Seruantesque tui nulla ui percitus. iram
Quam cum lacte olim biberas: atque impia præter
Quis male torqueris: mentis contagia sæuæ
Inuadisque premisque ferox: hic fraudibus omne
Tempus agit. furtis inhiat. spoliatque. necatque
Inuidiæ facibus nil est huic dulcius uni:
Qua ferus armatus terrasque polosque fatigat.
Phœbe faue cœptis. quid uultum auertis & ora
Tristior? impuros meministi forte nouercæ
Candidulæ coitus. & natæ infame lupanar?
At neque Castalides pectus temerare pudicum
Pertulerint. quis enim non castas clauserit auris?
Senserit ut fratres dirum fœdasse sororis
Concubitum temos. prolemque necasse rotatam
Ter quater ad cautes: paries quas proximus ambit?
Quid memorem nato porrexe uenena parentem:
Quo melius meretrix uesicæ insana rapaci
Consuleret? quid & hunc: qui uulgo patre creatus
Matrem leno locat uentris mercede procacem?
Hunc soror. hunc uxor. nutrit illum filia pellex.
Hunc natus. fraterque minor. carique nepotes.
Quis deus ultori uitiorum fauerit? Adsis
Ipse igitur: quicũque hominum moderare labores:
Cuique profanantum mores doluere: probique
Pectoris indicium uirtus nitidissima curæ est.
Adsis summe deum genitor domitorque tyranni
Tartarei: qui natus homo deus ætheris alti
Præmia pro meritis expendens fasque nefasque
Cuique refers. animum nobis uiresque ministra.
Da genitor: ne uera metus fallaxue cupido
Impediat. uatemque tuum non ficta canentem
Hostis ab insidiis. latitat qui multus ubique:
Innectitque dolos: præsensque bonusque tuere.

¶Hecatosticha secunda.

Quid patriã o Ciues o diis laceratis acerbis?
Ire qs in facinus iubet ĩpetus? Vnde furoris

Causa fluit? quæ tanta animos insania uersat?
Hic dolet ereptum misera sibi cæde parentem.
Clam parat insidias. grandi sicarius auro
Conductus dum temptat opus: Guzane latentis
Arte dolos uigili postq̄ deprændis: & illum
Qui mercede necem tibi tenderet: opprimis ipsa
Lege: tamen pectus nimia dum funditus ira
Aestuat: auctores rapis ad færale tribunal.
Consurgunt Medices. ac fontibus undique septis
Adsistunt. fert Cosmus opem. ius uiribus omne
Concedit. soluitque reos pietatis imago.
Nec satis est leges superasse. sed insuper ipse
Guzanus trahitur tanquam sit fraudibus usus
Insimulans fontes conficti criminis: in ius
Factio nobilium tanto indignata furore
Succurrit Guzane tibi: sceleris q; ministrum
Brochardum: quæsitor erat: quem parua dedisset
Immola: deterret: nequid temerarius in tam
Illustri bonitate uirum conetur inique.
Hinc moreris senio confectus: & ultima uitæ
Præmia ciuilis famam laudemque probati
Fers tecum Guzane uiri. uerum aspera linquis
Sæmina: quæ ciues odiis in mutua diris
Bella animi dispersa tui per longa souerent
Sæcula conceptum cupidi depromere uirus.
Sed quid ego memorem Guzanum? longius hæret
Radit tanta mali: quæ semper funditus urbes
Verterit egregias: quæ totum concutit orbem:
Ambitio. mentis fax ardentissima nostræ.
Dum fert nemo parem: dum se uult q̄sque supremo
Esse gradu: cunctosque auidus metitur honores:
Quæ nō mōstra ciet? q̄bus abstinet īprobus armis?
Hoc Marios Syllasque parit. Pompeius in iras
Hinc furit. hinc Cæsar uæsano accenditur igni.
Quod si iusticiæ locus esset: Legibus omnes
Si uellent parere bonis: nec factio quēquam

Tolleret:& nulli ſtimularent arma tumultus:
Seditio nuſquam conſurgeret:omnia iure
Atque bono contenta:ſua ſub fine manerent.
Quid.remur Veneros noſtri clariſſima ſæcli
Lumina pacate uitam iam mille per annos
Traduxiſſe ſibi:ſolum quod iura tueri
Quiſque ſimul ſtudeant:nec natis parcere curent.
Aut ignoſce patri. Verum dum publica ciues
Neglexere ſuis intenti:cuncta repente
Priuatus perturbat amor:conſurgit habendi
Ardor:& inſanas uerſat diſcordia mentes.
Iam pudor omnis abit:facinuſque per oẽ reuoluit
Seſe animus preceps.is fœliciſſimus unus
Ducitur:heu miſeram manibus qui dirus iniquis
Polluerit patriam legis contemptor & æqui.
Parcite iam tandem ciues ſcelerare parentem:
Quæ bene de uobis meruit:quæ ſæpe ruinas
Funereas deflænda tulit:quæ laudibus ingens
Vndiuagum uolitat quaſi Phœnix:ſola per orbem.
Diſcite iuſticiam.quæ ſunt aliena:per uſum
Nec proprium quiſquã ſubigat:nec tractet ut hoſtis
Sic ea quiſque ſibi curauerit:omnibus æque
Vt ſua quæque uelit curarier:adſit honeſti
Cultus amor recti.ſtudium probitatis & oti.
Sit pietas:quæ cuncta regat:quæ mõſtret Olympũ.
Mortalem ſe quiſque putet:mortalia nunquam
Fata animum raptura ſciat:quem fuderit æther.
Multum etiam prodeſſe queat:ſi prima iuuentus
Sobria ſit:Veneris facibus nil dedita diræ.
Immanes & enim coitus immanibus auſis
Nullum intemptatum facinus liquere profanum.
Alea qua multum colluditur:abſit ab urbe.
Hanc fortuna regit.rationis nulla facultas.
Hæc ad auariciam iuuenes deducit.& omne
Inde neſas monſtrare ſolet:quod præbeat aurum.
Hinc manant & furta ſimul.triſteſque tumultus.

Insidiæ. fraudes: hominumque deumque rapinæ.
Absit adulterium. multorum causa malorum.
Incertus partus quem certum seruet amorem?
Prætereo rixas. bellorum semina. clades
Interitus: mœchus quos excitat. omnia monstrat.
Fabula: quã memorãt: Helenes celebrata per orbem
Veste modum seruare decet. nam cultus amœnus
Luxuriam sociat. queritur uicinia. si te
Vxoremue tuam uideat: quæ uellera seres
Miserunt: auro uariatis ferre lacernis
Atque togis habitum similem cum turpis egestas
Non permittat ei: potu seruetur & esca.
Quæ neque lasciuos ratio prorumpat in usus]
Inuidiam factura tibi: nec morbida reddat
Corpora: nec mentis lædat turbata uigorem.
Ne nummis superare locum fastuue priorem
Sed uirtute para. fac: te uenerentur. amentque.
Non metuant odere metu nam nostra colentes.
Ciuibus æqualem si cultu gesseris omni.
Si dictis factisque modum seruaris: honesta
Vtilibus præferre die noctuque laborans:
Nunquam ciuilis patriam discordia turbet.
Sit deus ante oculos semper: qui præsit agendis:
Quo referas: animi quicquid penetralibus abdis:
Quicquid mente putas. huius respublica ductu
Semper erit fœlix. nullis obiecta periclis.

Ad cosmũ medicẽ p̃riã

¶Hecatosticha Tertia.

C c Osme nimis forti Medices ne crede secũde
Humanis nam sæua bonis illudit: opesque
Cæca suas nullo discrimine donat: & aufert
Hoc animus si forte minus consenserit æger:
Perge per antiqui res gestas callidus æui:
Regna uide & populos. Priamum lege: cerne ferocẽ
Pœnum: sume fero miserum cũ Cæsare magnum.
Dein tecum memori repetas præcepta Solonis
Mente uelim: quibus ille deæ non inscius artis

Multiplicisque doli Crœsum monuisse beatum
Traditur. hic & enim postquam sanxisset Athenis
Rite salutiferas millena in sæcula leges:
Spectatum Sardis fertur uenisse superbas.
Concitus hunc nimia cæcaque cupidine laudis
Excipit hospitio Crœsus. blanditur:& omne
Monstrat amiciciæ monumentũ & pignus amoris.
Ducitur interea:quo Lydum spectet auitos
Thesauros decora ampla patrum:quos:uanior ille
Candaules multos potuit cumulasse per annos
Myrsiades. Gygis rex & fortuna tyranni.
Hos ubi multa Solon animo speculatus & ore
Vidisset:quis sare tibi fœlicior orbe est
Visus:Crœsus? ait nihil assentatus. Athenis
Subdiderat:Tellus. Quærenti dicere Tellum
Rettulit:huic olim fuerant generosa propago
Nati. & de natis iam uiderat ipse nepotes
Incolumesque omnis:uictu mediocriter usus:
Quemque extrema dies claro Mauorte fugantẽm
Finitimos passim uictorem sustulit hostes.
Hunc autem quo forte loco cecidisset:Athenæ
Munere perpetuo commendauere sepulchro
Miratus Tellumque simul Tellique beatas
Crœsus morte uices. quem mox censeret habendũ
Fœlicem: rogitat:nam nec sibi deinde secundas
Cessurum dubitat partis:cui protinus addit
Inde Solon. Cleobin fratres clarumque Bitona.
Aedidit hos Argos:cunctis qui rebus ad usum
Quantum sat fuerat:uitæ affluxere pudicæ.
Corporis eximiis:ualuerunt uiribus ambo.
Ambo quidem athletæ:qui dum pia mater adire
Iunonis sacra templa deæ de more parasset.
Necdum forte boues reduxssent tempore ab agris:
Colla iugo posuere citi. curruque sedentem
Fœlicem partu gemino uexere parentem.
Iamque quaterdenis stadiis & quinque trahebant

Pondere difficilem curtum: mediumque per agmen
Iunonius properante gradu iam templa tenebant.
Horum omnes facilis mentes & mite uicissim.
Ingenium laudare uiri. laudare parentem
Certatim Argiuæ: quam dicere prole beatam.
Ipsa autem genitrix hilaris famaque pioque
Munere natorum supplex simulacra precatur.
Voce deæ: Cleobi nato natoque Bitoni
Optima sortitis quæ res mortalibus esset:
Diua det. hinc iuuenes precibus iam rite peractis
In templi se parte locant: traduntque quieti.
Quos circum placido dum stantũ quisque sopore
Pressos forte putat: melioris isse sub auras
Inuenit. ac finem sortitos morte bonorum
Horum autẽ monumenta uirum. quos aurea uirtus
Reddidit insignis: ad Delphos transtulit Argos.
Indoluit Crœsus: simul Attice dixerat hospes
Nec tibi sum dignus: cui uel fortuna minorum
Cederet: ignauæ ui deor succumbere plebi?
Inde Solon referens monuit qui terminus esset
Fœlices: quanto subeundum pondere munus:
Qui se iure uelit tali cognomine dignum
Quod nisi supremi post inclyta fata sepulchri
Posse hominum nulli docuit contingere propter
Fortunæ uariasque uices & mobile numen.
Riserat hunc Crœsus tanquam sibi uana locutum:
Quod finem cuiusque rei spectare iuberet.
Quodque bonis nullus fœlix præsentibus esse
Dici iure queat. Nescis temerarie. nescis
Crœse: tibi quantos mox sit Rhamnusia luctus
Allatura ferox. Periit tua sola uoluptas
Natus Atys: quẽ phryx hospes trãsfixit Adrastus
Teque Asiæ dominum belloque togaque superbũ
Destinat indomito Cyrus Cambysius igni.
Cyrus massagetum iam uictima deditus aris
Hic ubi Crœsę tui perierunt maxime fastus:

Cum uinctus traherere miser? iam uera Solonis
Dicta probas: quibus es tandem seruatus ab igne.
Cosme uides: q̄ fluxa nimis bona: quamque caduca
Nullaque sectaris: dubia qui in sorte locaris
Et spes & nomen? nimirum falleris ultro.
Non & enim nummi: sed uirtus pulchra beatos
Efficit. hanc comitem sibi qui coniunxerit unam
Tartarei domitor ditis maturat in astra
Certus iter: nitidumque deus colit æthera liber
Carcere corporeo. hanc igitur tibi pone uolenti
Laudibus & meritis superas euadere ad auras.
Quod si diuitiæ tristi te pondere pressum
Surgere mite uetant ad opus probitatis: ut aurum
Iussit Aristippus: sic istas abiice. Castor
Quo uenatores euadat & ora sequentum
Sæua canum. caros sibi dentibus ipse recidit
Testiculos. loculis ne animum simul æsque recondis
Ridiculo ducis monitus: quos tradimus? at te
Ridiculo præceps ducet fortuna ruentem

¶ Hecatosticha Quarta.

Usqueadeo semp poteris lypomane silēdo
Tempora surgente iam bis p cornua Lūa
Et terere. atq; uices nullas prestare tabellis
Quas iterūque iterumque damus tantumne silere
Marce potes? quæ dura tuum sententia pectus
Occupat? usqueadeo te uel doctrina uel aurum
Vel genus elatis animis extollit: & inflat:
Vt uel amicitiæ nolis meminisse prioris
Ecquid enim sileas. totiens ut epistola supplex
Auribus insonuit: quæ nil nisi honesta poposcit
Officium repetens: quo tanta silentia tendunt
Vsqueadeo parui tibi sit faciundus amice
Noster amor nostras ut nec dignere tabellas
Quis signata tribus reddatur epistola uerbis?
Nobilis es: fateor: cunctique fatentur. & ampla
Stirpe satus generis pollēs probitate uetusti.

Aſtage priſcorum titulis inſignis auorum
Fare precor.memoras:quod nobilitatis opimæ
Eſſe putes munus:quæue huic ſubſtantia ſubſit.
Hanc ſi mente uelis tecum uerſare profunda:
Inuenias aliquid:quod nobile dicere muſſes:
Dum nec amiciciæ curas meminiſſe:nec ullas
Iam totiens Lypomane uices precibuſque piaque
Voce fatigatas cupido mihi reddere pergis:
Nobilitas & enim:liceat ſi credere doctis:
Eſt ea:quam ueterum ſplendor titulique parentum
Pro bene geſtorum meritis facere uerendam:
Hanc igitur uirtutis opus gignitque:probatque.
Nam quis apud temet ducatur nobilis amens.
Aut ſcelerum cultor culpæue obnoxius ulli?
Sola quidem uirtus dat nobilitatis:& aufert
Nomen:& emeritis exornat honoribus omnes:
Quos ea poſſedit:ac diuos reddit amantes.
Pelle igitur faſtum:quo recte nemo nocetur
Nobilis:inque tuos facilem:rogo:ſuſcipe mentem.
Diuitiis polles:opibuſne tumeſcis & auro?
Diues Alexander.Cæſar ditiſſimus olim.
At nec Alexandrum.nec noſtrum gaza ſuperbos
Reddidit.humanos potius:qui ſemper amicos
Muneribus fouere ſuis:quibus artibus orbem
Venati merito uiuunt per ſæcula cantu.
Nanque animi quid tã parui.tã ignobilis uſquã eſt:
Quam grauibus ſeſe maiorem ducere nummis?
Quid magis incautum fuerit:quam fidere falſis
Blandicus fortuna tuis?qui ditior alter
Quam tu Crœſe:fuit?qui fortunatior ullus?
Et tamen extemplo te ſummo e culmine rerum
Præcipitem rapidos miſerum lœtalis ad ignes
Fors eadem mutata dedit:te diuite ſemper
Forte frui Lypomane uelim.ſed gaza ſuperbum
Te faciat:nolim.minor eſt bonitate.quis inquam
Pluton inops adeo mentis præferre uerendæ

Conſpicuæque Aretæ cæcunque pigrũquæ laboret?
Seruiat hic diuæ:quæ nobilitate micantem:
Te magis oſtendet:quæ te ſuper æthera tollet:
Aeternumque dabit:medioque locabit in orbe.
Doctus es.& cunctos ſuperas me iudice rerum
Noticia.tu noſtra tenes:tu græca.tuoſque
Hebræos penitus gaudes didiciſſe Prophetas.
Nec ſolum eloquio exultas:diademate iuris
Et diuum atque hominũ redimitus tempora.cælos
Naturamque ſagax omnem rimatus ad unguem
Quæque ſciunt omnes:audes defendere ſolus.
Nec tamen ipſe tuam ualeas defendere cauſam:
Nam quid amice ſiles:quotiens te noſtra requirunt
Scripta per officium?qui te premit undique faſtus?
Iudæos nunquam fateor didiciſſe:nec ulla
Eſſe illis mecum commercia:nulla futura:
Ni cum ſorte uelim nummos penſare. ſoluto
Fœnore:paupertas quod me ſolet æmula ſæpe
Cogere.pauperies mihi te facit improba ſurdum?
At neque iudaice mihi reſpondere neceſſe eſt:
Nam neque ſi dedero Scythicis mea uerba figuris:
Noueris.ingenium potius ridebis amici.
Si meminiſſe uelis:totiens quæ ſcripſimus:illinc
Sæpe loqui græce ſoliti:hinc perſæpe latine
Iam tibi millenas duro Lypomane tabellas
Mittimus.haud radio quæ ſignas aſtra uel orbes:
Menſuraſue locas:numeroſue reſumis & addis:
Seu cæleſte melos:ſeu quæ ſecreta recundit:
Quæque tegit natura potens:non iura:nec ullas
Scire petebamus:nec iam depoſcimus artes.
Officium repeto:quod turpe negaſſe fateris:
Idque taces neque mi qnicquã Lypomane uideris
Facturus:quæ iure peto neque rurſus aperte
Ire uel inficias audes:nam pugnat honeſtum.
Ergo quid uſque adeo ſileas? age Marce Latini
Nominis eximium radianti lumine ſydus:

Portus amicorum:cunctisque benignus & hospes
Nobilitatis honos dulcissima solue diserto
Ora sono.si nil aliud mi reddere mauis:
Dixeris id saltem:nec flagito plura:salutem
Marchus amans caro dicitque optatque poetæ.
Sique uales:lætor.ualeo quoque.Sique uidetur:
Addideris pariter.nil sum:quod poscis amice
Facturus.maiora premunt.nil exige posthac.
Atque uale.satis est.lætor.responsa dedisti.
Attamen officii decuit meminisse.simulque
Quæque petebamus:quæ iure petisse fatendum est:
Depositi nauare fide quæ causa silendi?

¶Hecatosticha Quinta.

VTis erat Polypheme tuis occlusus in antris
Clarus & ingenio rebusque probatus agendis
Ille qdem.simili Nicolũ dat Ethruria monstrũ
Nomine Thersiten rebusq; & moribus ipsum.
Vtis enim impuram Venerem Bromiumque furentem
Artemidi & phœbo pariter castæque Mineruæ
Præfert:atque Coryn mira pietate tuetur.
Huc aliquis propera nemon uenit?undique fustes
Querit inops mentis.minitatur.in omnia præceps
Fertur.& infrendens summum execratur Olympum
Atque deosque deasque omnis.Erebumque Chaosque.
At uideas:superos tandem in tua damna lacesses.
Otia sunt superis.superi mortalia curant.
Curant ridiculum.deus est.quicunque fauet mi.
Estne deus?Christusne deus?si dixero neutrum:
Oderis.at neutrum.neuter tibi fauerit:opto.
Vtis habet linguam:qua Tantalus aere pendet.
Hac superos mordet.dulces hac tristis amicos
Carpit amiciciæ si sanctum nomen iniquos
Conciliare probis contingat.scurra sed omnem
Iure potest aulam ridens intrare.uocatus
Inque uocatus item:sola qua lege Philippus
In discumbentum uenit Xenosontius ædis.

Lingua instructus iners uos dura in prælia cunctos
Vtis habet. rabido lacerat uos fulgida morsu
Lumina terrarum. quoscunque feracior ulla
Exornat doctrina uiros: quos inclyta uirtus
Et grauitatis honos mirandos reddidit orbi.
Inuidiam quicunq; uelit lenire furentem:
Virtutesque artesque bonas & laudis amorem
Deserat. insanit stimulis liuoris iniqui
Vtis. & in cunctos sceleris ruit impius ausus
Hinc Manuel Chrysolora unus noctuque dieque
Nomen & emeritas uirtutes Nicolaus Vtis
Dilacerat uir summæ tuas. te luce carentem
Sydera uel potius meritis cæluniq; colentem
Insequitur linguæ morbo Lycolaus ineriti
Additur huic diuus Dantes suauisq; Petrarca.
Hæc eadem Veneti patiuntur clara senatus
Ingenia. Hæc eadem patitur facundia nostri
Ipse Leonardus sæcli ducisque Panormi
Hæc eadem Vates. nosterque Guarynus. & acri
Cincius ingenio Luscusque Antonius. & tu
Blonde uir eximius. placidisque Aurispa camœnis
Deditus. ac multa pollens Iannocius arte
Hic manettiades. tantum laudare cinædos
Ac madidos solet Vtis iners. sic Poggius uni
Atque Codrus miris effertur laudibus Vti.
Nãque probos clarosque uiros mens dira furensque
Nunquam ferre potest. nitidæ qui congruat atrum
Virtuti uitium? qui lucem perferat umbra?
Naso ualet nugis. Statius modo barbara blactit.
Deliras Lucane tuba. nil musa Maronis
Personat egregium: nisi quæ te magne Priape
Concinit. eloquii damnatur Tullius ipse.
Calceus huic suitur distorte. uestis at illi.
Nec tu fræna tenes. muros is nescit ad unguem.
Tu lanam æquali ignoras deducere filo.
Quid repetam multis huius scelera ultima monstri?

dantes
petrarcha
leonardus aretinus
guarinus
blondus
Aurispa
Antonius panormita

Mosen Vtis ait potu exoluisse ciboque.
Vtis ait nunquam terras petiisse tonantem:
Nec genus humanum diuina cæde redemptum.
Hæc quanquam bonitate uiris insignibus esse
Dura solent & iniqua nimis nullique ferenda:
Ipse tamen longe secus omnia sentio.nec me
Perturbant conficta hominis maledicta procacis.
Nolim equidem:quisquã laudet me scurra malisque
Moribus addictus.similem nam quisque uidetur
Collaudare sui.nunquam matrona pudica
Grata sit impuræ meretrici.sæua Catonis
Ora leuis fugiat.laudat:quod quisque probarit.
Nemo probat:quodcũque sequi aspernatus abhorret.
Non obtrectator:qui nil sapit ore nec ullo
Ingenio:non est:quem forsitan æmula uirtus
Excitet.inuidia sed solum perfurit Vtis.
Et quærit:qua quenque uia fera uipera tristes
Ducat in insidias infestus hic omnibus æque.
Quos oculo meliore uidens despectat Olympus.
Quinetiam prosit:te siquis acutius Vtis
Inspicit.inquirens: quicquid dicisque facisque.
Is si uera refert de te conuitia:nosti:
Quo se quisque loco morbus tegat.adde medelas.
Et te doctus adi.qualis censerier optas:
Te talem præstare para.sin ficta dolosus
Obiicit:irridens cæci miseresce furoris:
Atque bono lætare tuo.uulgique fugaces
Contemnens auras ex te pendere memento
Vultur odoratur:fœtet quodcunque cadauer.
Ac fruitur:nullo bene olenti tactus odore.
Sic liuore citus nobisque iratus & hostis
Quæ mala sunt:sentit.fugit hunc probitatis odoræ
Sensus item.curare decet:ne prorsus in ullo
Nos queat errati cuiusquam offendere signo
Hic oculis superat.memorant quem Lyncea uates
Non & enim quercum solum testamq; rigentem.

Saxaque perſpicuo penetrat denſiſſima uiſu.
Sed quicquid penitus cælamus pectore: quicquid
Nocte ſub obſcura ludunt inſomnia: diſcit
Per famulos.comites.ſocios.fidoſque ſodalis.
Nos igitur præſtat ſemper uirtutibus uti.

¶Hecaſtoticha ſexta

FAre animi pars magna mei: pro mūere tāto
Quid Franciſce tibi referam? mortalia certe
Nō ſūt dona:qbus modo nos affeceris unus
karolus inuidia Codrus ſtimulatus inerti
Mille ciet uario paſſim rumore tumultus.
Clamat.ut indignum facinus:quod ſolus honore
Inter mille uiros meritis & laude uigentes
Augeor.utque adeo mox incrementa pararim
Priuatæ permagna rei:quo tempore longi
Martis ob incurſum dubiis agitata procellis
Publica res hauſti penitus nimis indiget æris.
Quid gemis infœlix? qui tantus liuor obumbrat
O pectus miſerande tuum? quid Codre dolore
Vſqueadeo cruciare miſer? qui peſtifer intus
Te furor exagitat? rumpentur & ilia Codro.
Codrus ait:mercede ſibi ſi tertia detur
Portio de tanta.quantam mihipublicus ordo
Nuper honorificam decreuerit:altus olympi
Aſtra petit uolitans.atque aurea ſydera tanget.
Omnia Codrus habet.nouit Codrus omnia ſolus:
Quæque uel ingenium:pia uel natura:uel uſus:
Vel doctrina parat.nouit Codrus omnia ſolus.
Nanqne is bellorum cauſas raptuſque prioris
Europæ atque Aſiæ calamo narrare pedeſtri
Nempe queat.cauſas reddat.quid ſeptima ſæui
Euripi dubios agitauerit unda recurſus.
Biſque die Venetos uariet:bis & unda Britānos.
Quid Byzantiacam depulſe Propontida ſummis
Fluctibus uſque petas haud inferiora ſecutus
Iſtre:quid arcturus faciat:quid in æquora tingi

Plaustra ueter:nũerus seu quid pherecydius ædat:
Quidue Atomi:qd molle chaos:qd & iber:& ignis.
Is quoque Phœbea redimitus tempora lauro
Omnia cirrhæi didicit mysteria solus.
Verticis.& ualeat Bacchum deducere Nysa.
Codre etiam ranas raucis imitare palustres
Carminibus.querulos potuisti effingere mures.
Ast ubi cella canens neruos in carmina temptes:
Rursus apollineos superes modulamine coruos.
Id moneo caueas:ne sese uincier ægre
Phœbus & ipse ferens auris tibi fingat aselli.
At quid Codre furis? nescis temerarie: nescis:
Te frustra ad laudem niti nolente Minerua?
Primum lingua tibi nimio potuque;cyboque
Crassior.in facie pallor turpissime signat
Immanes coitus & plusquam barbara uota.
Isti oculi præ se millena & tristia tristes
Monstra ferunt.olet os.& sputo aspergere circum
Dum loqueris stantis:& uentris pellere uento
Sæpe soles.seu græca uellis:seu forte latina
Promere:ridiculum te cunctis reddere pergis.
Horet enim ingenium totum tibi.nosse Camœnas
Odit.in Arcadicum iuuenem transire Minerua
Nec patitur:nec posse cupit.renuitque cinædos
Delius obscœno non stat Cyllenius ore.
Et tamen ipse queas nostro mercede minore
Fungier officio:tibi si modo portio detur
Tertia? quid doceas? quæ scilicet impitus annis
Læuior in teneris pathico percepeus usu.
Nam quo clara modo uirtutum præmia monstres?
Quis ualeas mores monitis docuisse probatos:
Dum nihil ipse nefas:quod turpis & iproba uentris
Illuuies:mollisque Venus:fœmusque nefandum
Suaserit:esse putes? & nos superabis inerti
Desidia morboque fluens: quo liuor abondat?
Nanque bonos late didicisti carpere.cunctis

Detrahis.in cunctos lingua ſpaciare procaci.
Hac uirtute uales? hac tu probitate redundas?
Inuidia notus per ſæcula cuncta manebis
Aeternus.nomenque tuum mortalia nunquam
Fata perhorreſcet.faciet te lingua beatum.
Heu qui nam tantos uſquam uir ſummus honores
Promeruit.fruſtra proh ciues funditis aurum.
Inuidiæ Franciſce uides quibus uritur alter
Vris iners facibus? rabie furibundus amara
Aeſtuat.inſanit.totamque perambulat urbem.
Circuncurſat.inops animi noctesque dieſque.
Nec patitur placidos liuor deducere ſomnos:
Aut ſedere ſitum.præcordia quæque rigeſcunt
Arida flāma uorax penitus rapit hauſtra medullas.
Non hac Cecropides. cuius iam perſicus enſis
Auſpiciis ductuque tonans furor excidit:altus
Ille uir excitus uigilabat:at æmula famæ
Fax rerumque decus geſtarum maxima clari
Gloria Myltiadis ſtimulabat:ut inclyta ſecum
Facta animo uerſatis ſimili flagraret amore.
Hac face rex Macedum tumulum cum uidit Achilli:
Pectore magnanimus ſuſpiria traxit ab imo.
Idem laudis amor dum regem mente uoluptas
Hunc tecum:celſum te Cæſar ad urbis & orbis
Concitat imperium. Laudanda ſit æmula uirtus.
Ah færale nimis.nimis execrabile cunctis.
Heu hominum lœtale genus:quibus effera triſtis
Detinet inuidiæ male perturbatio mentem.
Inuidia Codrus dum ſanctum percitus atra
In nos dira lues ſtudet irritare ſenatum:
Auſus es in medium ſolus conſurgere.cunctos
Vera docens molliſque animos:& reddis amicos.
Munere pro tanto quid reddere quibo Benine
Ergo tibi? referam titulos & laudis honores.

Hecatosticha septima.

PAmphil⁹ Antiphilã dũ sæuo flagrat amore:
Aspicit Opoclopen :pariterque exurit igni.
Quid faciat:nescit.peatne miserrimus? inde
Mira nefas prohibet pietas uxoris:at acer
Hinc puer aurata transfigit harundine pectus.
Deperit ergo miser:penitus suspiria ducens
Heu ait heu moriar? qui te dolor efferus uxor
Mi uir uexat:ait? defletque miserrima.dirus
Me dolor inquit habet.moriar nisi iuueris:heu heu
Mi uir flære ueta.noli me perdere mi uir.
Fare mali causam.qui te dolor urget acerbus?
Deperit Opoclopen tuus hic mea uita maritus.
Fer precor inquit opem.cum primũ crastinus ortus
Extulerit Titan:templum pete siue Dianæ
Seu Martis Floræue deæ.pete templa deorum.
Opoclopenque.miser solo quo nomine soluor:
Mollis ad coniunx.huic nostrum pande laborem.
Pande faces.miserere mei precor:adde mariti.
Casta pudiciciam seruet:cui malit.at ipsam
Iure pudiciciam detestor. casta marito
Illa pudiciciam seruet tamen. oro sed unum:
Ne moriar:miserum mitis miseretur amantem.
Sat fuerit:si me uel serui munere carum
Iusserit esse sibi.nihil est: quod poscere maius
Tẽptem.uerba cadens hinc imperfecta relinquit:
Semianimisque iacens lachrymas effundit abortas.
Flæt gemit.ac manibus pulsat pectusque caputq;.
Hunc fouet illachrymans coniunx dat basia.dulci
Corrigit alloquio.turpem mea uita Dionen
Effuge.nonne tuum fundum colis? effuge mœchi
Nomen.adulterii quæ te premit atra libido?
Impia quid nostra gaudes nece? nulla mariti
Proh miseri te cura tenet.lætare.thorumque
Delige mox alium.quæ cum dixisset:ad ensem
Festinat surgens:medium quem inuertere pectus

Diſtrictum parat ipſe ſibi.miſerere marite
Antiphilæ miſerere tuæ.mitiſſimus audi.
Parce:precor mi uir.noli me perdere.Titan
Cum primum gelidis dederit noua lumina terris:
Templa petam:quæcunque iubes:per numina iuro:
Exequar.enſe manum ſæuo tantum ex ue triſtem.
Lenitur miſerandus amans:& nutrit inani
Spe uulnus.curamque animi.Veneriſq; furorem.
Poſtera lux aderat. conſurgit Pamphilus una
Cum conſorte thori:celeri noua templa meatu
Artemidos petit illa:citus quo Pamphilus ante
Venerat.illa modo.mox hæc catus oſtia ſeruans.
Ecce uidet celebri uenientem forte caterua
Opoclopen:quã Barda phalãx pulcherrima cẽtum
Vndique formoſis glomerat comitata puellis.
Barda phalanx Phrygio digniſſima iudice.telis
Digna cupidineis.thalamis digniſſima diuum.
Obſtupuit iuuenis:uiſaque expalluit illa.
Non ſecus Opoclope Bardas fulgebat in omnis:
Quam ſolet in rutilis ſplendeſcere Lucifer aſtris.
Aureus:aut radians late inter ſydera Phœbus.
En en.uxor adi.propera.quid ſaxea tardas?
Accelera coniunx.en hæc mea diua. quid hæres?
Feſtinans age curre.uola.maturat.& urget
Illa grandum.cupidis nihil eſt.quod tempore poſſit
Eſſe ſuo.celera coniunx.quid perfida greſſu
Cunctaris trepido?nıeme nunc ſæua cadentem
Videris.illa uolat.cuncti mirantur.& una
Concurrunt:ſpectanteue:noui proparatio quidnam
Tanta paret.uenit hæc tandem.pulchrãque ſalutat
Comiter Opoclopen.meus en hinc ſubdidit:ardet
Vir miſer.orat opem.miſeræ ſeruare maritum
Sola potes.miſerere mei precor ecce mariti.
Nanq; aderat miſerandus amans.nil turpe rogam⁹:
Hic ſat habet:ſi ſe uel ſerui munere carum
Iuſſeris eſſe tibi.nihil eſt:quod flagitet ultra.

Dixerat.illa deæ similis subriserat:addens
Hæc eadem Antiphilæ de se meus unica cura
Narrarem:uir iussit.age inquit Pamphilus:ergo
Fiat utrumque refer.magnus per cuncta cachinus
Tollitur ora uirum:rident puerique senesque
Virgineusque pudor.cunctæ risere puellæ.
Artemin ore ferunt placido risisse pudentem.
Riserat Vrsa.sales laudans factumque uenusta:
Atque cupidineas extollit ad astra sagittas.
Felicesque uocat solos:quibus aurea cuspis
Flagranti placidum fixisset harundine pectus:
Quam iuuenis dum forte aliquis uirtute bonoque
Præditus ingenio spectat tam mite loquentem:
Subridet primum.mox laudat.& intima sentit
Nescio quis facibus præcordia feruere.sensim
Ardor habet uires.uenasque exurit.habænas
Vrget cæcus amor:frænosque immittit:& acris
Adiciit horrenti stimulos.pungitque:premitque
Corda repugnanti.falsæ sub nomine cænæ
Præmittit socium:leuiter qui colla puellæ
Audax libaret digyto candentia:quippe
Qui temptare prius uoluisset:mente puella
Quam facili in sese exciperet.quod nitius æquo
Laudat in Opoclope.furit oh furit effera.clamans
Infandum facinus.foeta truculentior ursa
Fertur.& in diras iuuenem raptare procellas
Mollitur.medioque audet speciosa senatu
Suaue p eloquium lachrymasq; haud spōte cadētis
Ad capitis sæuas iuuenem deposcere poenas.

¶Hecatosticha octaua.

I Vna soror Phoebi dubiis argentea rebus
Nocte sub obscura dū lumia forte ministrat:
Despicit in terras:rutilo splendere nitentem
Spectat item gemino lunam fulgescere comu.
Dum stupet:& mira capitur nouitate:quis inquit
Me sibi tam placido rapuit deus?ille uicissim

Lustrat in orbe suo. lumenque per aera mittens
Discinditque pigras nubis. & sydera luce
Comprimit ecce sua. quinam deus ille uocandus?
Ipsa quidem i tenebris soror o pulcherrima Phœbi
Lampade fraterna gelidis fers lumina terris.
Ast hæc Luna suo similat fulgore coruscum
Flamigerumque deum: qui cunctis pulchrior astris
Inuehitur roseis radians per aperta quadrigis.
Hæc dum Luna suo mirans hauriret ab orbe:
Assentitur amans: & uinci gaudet amato.
Nec secus obstupuit: quam si Endymiona iacentem
Acciperet gelidis uirgo sub montibus alma.
Atque ait: o utinam iuuenis celeberrime uitæ
Tempus ad extremum faueant tibi fata deusue:
Qui te cunque potest melioribus addere rebus.
Nam neque desperem: talem tua maxima uirtus
Te per mille uirum statuet certamina: quo nec
Fata reformides: neque quod domat omnia: tẽpus.
Immortale tibi paries super æthera nomen.
Quique modo terras dictus cognomine Luna.
Auricomo senior lustrabis sydera uultu.
Talia. dum premerer multo dulcique sopore:
Sum uisus uidisse cubans. nec uana loquentis
Nicoleos censens. facies nos uera locutos:
Si modo quæ primæ tibi fundamenta iuuentæ
Optima iecisti: extremã quoque ad usque sequaris
Rite manum. longo probitas decernitur usu.
Verum age quæ mitis referat præcepta: probetque
Noster amor: memori docilis tibi concipe mente.
Si puerile decus laudem: laus illa parentum est:
Non tua. doctores & enim quos laude putemus
Vel minima dignos: licet hos asciuerit: omnis
Quos Tyrrhena uiros melioris censuit ora?
Nemo etenim mẽtis hominum tacitosque recessus
Multiplicesque dolos penitus perspexerit. astu
Cuncta tegũt reprobi. uerũ hoc quoq; laudibus ipse

Dignus eras:ultro ductus quod ab indole rectis
Parueras monitis natura præditus alto
Ingenio.atque alacri capiebas omnia mente.
At nunc tempus adest:quo te factura beatum
Fama per Ausonias uolitans lætissima terras
Te ferat:& faustis:celebret rumoribus.urbes
Vndique per latias:ac sydera carmine pulset.
Omnia iam dentur laudi tibi:quæque probatis
Consiliis spectandus agas.pars nulla parenti
Tam tribuatur enim.nullam sibi uendicet auram
Pædonomus:doctor iam laxis curris habænis.
Auspice lasciuos.quos hæc male sustinet ætas.
Aequalis disquire tuos.moresque nefandos
Contemplare sagax.horum fuge prouidus usum.
Quos mala luxuries:mentis quos ardor auaræ
Detinet:& cœtus sibi quos uinxere profani.
Hic calamistratus:adeo furit alta libido
Exultatque comis.& primis tempora uillis
Nascentique tener spoliat lanugine malas
Gypsea fit facies:& fuco pingitur acri.
Quaque autem quæ tecta nefas sit dicier:arte
Excolat:audiui.proh Iupiter:horruit auris.
Atque animus demens penitus defecit:ut illa.
Et scelera & pathici ludibria turpia sexus
Audiit.o superi quæ uos patientia cepit?
Quid?quod diues ero tam læto in sæcula quæstu?
Hic auri pondo mihi dat roseamque lacernam
Alter equum dederat.gladios dedit ille Triballos.
At quid turpe tibi prosit stolidissime lucrum:
Fœmina si factus.pateris muliebria monstrum
Nec tamen ille magis longe laudabilis esto:
Qui dum flagrat opes:facibusque ardescit habendi
Nil sibi turpe putat.fœlicem fœnore sese
Iudicat.& furtis inhiat.nullus que rapinis
Fit modus.a teneris aurum sitit impius annis.
E didici numeros.numerum posuisse mouentem

Esse animum sese fetur quis.talis in ore.
Si tibi sit numerus.laudem numerumque tuumque
Ingenium.numeros didicisti?ridiculum te
Nempe mihi præstas.A baconne ostenderis album:
Arte quid hac possis:nisi fallere dirus amicos?
Aspice:quot lingue morbo petulantis inertes
Inuidiæque sacræ mortali peste laborant.
Horũ structa Phalanx:numerũ que plurima nullum
Admittat:uiles animæ atque ignobile uulgus.
Quid iam plura loquar?talis si Luna sodalis
Fugeris:utque facis:sanctos uenereris amesque
Integritate uiros ac uera laude uigentis:
Nil equidem uerear.quin te post saxa sepulchri
Frigida funerei merito mirentur:& astra
Inter clara poli:si fas sit dicier:ac cur
Ne licet & nobis?priscorum more locarint
Quique modo iuuenis fulges probitatis amore
Clarus in urbe tua:functus senioribus annis
Post uirtutis opus pariter deus additus aris
Orbe micans supero Phœbi superare sororem
Lucidior dicare deam.cole iusque piumque
Sobrius.atq; grauem constans imitare parentem

¶Hecatosticha Nona.

C Laude fores postisq; sera:iũge ordĩe uectes
Ostia quæq; suo geminatis robore ualuis
Assiduus munire para:sit ianua multa
Asseruata manu teneat uestibula custos
Peruigil:atque premens cancellus more fenestras
Ferreus insidias compescat:& eminus omnes
Propulset:nunquam ipse tamen muliebria uites
Prodigia atque dolos.mirũ est.quo fœmina callet.
Ingenium:scelerum cum secum perdita uersat
Mille uias.nihil hoc monstro est audacius uno.
Nec magis horrendum:siquando dira libido
Aut odium stimulat.carum Medea parentem.
Deseruit.fratremque secans furibunda necauit.

Contra dolos et laformã Mulierũ

Dum ſequitur mœchum:quem poſtq̃ accẽſa furore
Odit:ad inſontis conuertit fulmina natos.
Atque Helenen nullus tenuit pudor.illa parentes
Illa uirum fratreſque pios atque omnia temnens
Nomina.quæ pareret probroſi infamia facti.
Ad Troiana procax meretrix incendia uaſtis
Fluctibus aduehitur.Phœnicas prætulit Io.
Et patrie atque patri. Cretenſi Scylla tyranno
Prodidit & patrem & regnum legeſque deoſque.
Nec metus Europam metuit conſcendere Tauri
Terga trucis.turris Danaen cuſtoſque fidelis
Ac multis fruſtra ſtuduit ſeruare latentem.
Arte quidem nulla poſſis inhibere furorem
Fœmineæ mentis:nam quicquid fœmina ſecum
Cogitat:inſidias totum fraudeſque miniſtrat
Ipſe putas natas cauta ſeruare miniſtra:
Quæ paruo corrupta auro ſeducit & illas.
Oſtendens:quam dulce bonum quam dulcia recti
Gaudia ſint nerui.thalamo dum tutus auito
Coniuge cum fida dormis ſecurus adulter
Ingreditur:fallitque ſeras.dum ſtertis.& altos
Solueris in ſomnos:humeris candentia tollens
Crura ſuis.agitas clunes:& baſia poſcit:
Ac uitulum ridet tanto torpore marinum
Sopitum.repetitque uices:& laſſus anhælat.
Mentula ueſicam modo longior impleat omnem:
Non curat mulier.ſeu liber ſiue quis ille
Verna ſit:Aethiopum quem miſerit ipſa uel horrẽs
Sauoroniatum tellus.quin & tentigine quædam
Ardentes rabida nullo diſcrimine tollunt
Aut aſinos tergo muloſue.pudore uacantes
Atque metu penitus:tantum furor excitat ignem.
Cauſa mali tanti uinum eſt & Perſica menſa.
Nanque ubi concaluit cerebrum:feruoq; repoſtos
Inuaſit iecoris fontes ſpaciatur in omne
Fœmina flagitium.ſcelus audeat omne ſupremum

Ebria.sic fratris post funera sæua biformis
Cretica deseruit patrios Ariadna penates:
Vxorisque feros Agamemnon senserat ictus
Et nomen mentita sagax Augusta lupanar
Intrauit plenis non ultima mathula neruis
Non igitur temere Romanos creditur usum
Fœmineo sexu uini uetuisse:quod ipsam
Eripiat mentem:facinusque hortetur ad omne
Sobrie.cura igitur:tua sit tibi filia.coniunx.
Et quæcunque tuo curatur fœmina neruos
Otia tolle simul:nam semper fœmina neruos
Cogitat atque gulam.fac cæli numina discat
Ingentemque deum:qui cunctis præsidet oris.
Delicias fugiat.luxusque & uestis amœnæ
Atque uoluptatis Cypris est comes.auribus una
Insonet arrectis probitas:qua praua domantur
Omnia.Penelopen sic fertur Phemius olim
Mulcenti docuisse lyra:qui & quantus honesti
Esset honos:quã mira omnem celebranda per orbẽ
Fama pudiciciam nunquam peritura maneret.
Adde probas comites:quæ nil nisi casta loquantur.
Garrula nam mulier magni fit causa doloris
Ac flætus:cum multa loquens labatur in ipsos
Obscœni sermonis agros:segetemque futuri
Captet adulterii.nutrix & serua pudicis
Profuit exemplis eadem persæpe nefandos
E docuit coitus:uertitque in uulnera uenas.
Hæc & multa equidem possim præcepta referre
Docta pudiciciæ:quæ sydere nata benigno
Non inuita legat.uerum petulantibus astris
Progenitam monitis ualeas deflectere nullis
Nec terrere minis:nec ui domitare nec arte.
Optandum:ut nobis mulier contingat honesta
Et multis placanda poli sunt numina uotis
Nanque aliter frustra tantos cepisse labores
Sollicitosque metus ac tanta negotia ferre

Curemus. uersuta Venus callensque recludit:
Quod meliore feræ censes munimine tutum.
Vimque omnem roburque leuat. custodia nulla
Nec tutela ualet: nam nouit fœmina cunctas
Tartareas fraudes. lachrymat. blanditur. & orat
Dissimulat. fingit uultus. rursusque minatur.
Accusatque ferox. & crimina mille reponit
Insimulans. temnit famam gladiosque facesque.
Atque uenena parat latitans: quæcunque parentes
Quæque uiros fratresue neci curamue gerentis
Tradiderint: mentéue fugent: ducantque tenebras.
Et ne plura loquar: cum te Pandora misellis
Adiunxere uiris ridentis numina cæli:
Vltima pernicies nos cepit: tabida membra
Quæ reddens animos cruciat mentesque perurit

¶Hecatosticha .X.

Ad matheū Strozam

ELoquium nup redolentis Stroza tabellas
Mellifluū Mathæé tuas dū terq; quaterq;
Perlegerem: miram concepi pectore læt?
Ipse uoluptatem. Quis enim tam saxeus esset.
Ferreus. incultus: quem non tua summa moueret
Dicendi uirtus: dum campo ferre pedestri?
Stroza fatebor enim: dum uertere græca latinum
Nitor ad eloquium: uentisque uocarer in altum:
Nescio: quæ nostrum nobis mala mite uolucris
Clausit iter. læuumque procax obiecerit omen:
Nam dum forte forum peterem. Florentia ciuis
Quos tenet egregios: magnam spectare coronam
Contigit. accersor. moremque uocantibus ultro
Ipse gero. sic rebar enim qui corpora cultus
Compserat exterior: simili interiora decore
Redderet. a uestis roseæ splendore trahebam
Ipsum animi mentisque decus. mox dixerat unus.
Quid laudant frustra uirtutis nomen & auram?
Sint tibi uirtutes: sint nomina quæque decori.
Et desint nummi: cuncto ridebere uulgo.

Omnia tempus habet. sanctum nunc imperat aurū.
Aurea gaza placet. spectantur & aurea tecta.
Cælicolasque nihil nisi fuluum poscimus aurum.
Iure quidem: nam cuncta parat. rex præside tali
Persidos e medio græcorum quiuerat olim
Mille sinu traxisse duces. hoc præside rursum
Rex Macedum: sæuos dudum penetrarat ad Indos,
Romulidas quondam fertur coluisse priore
Tempore pauperiem: minimáque fuisse peculi
Iisce renascentis curam: potiusque probare
Hunc solitos: qui se innocuum præstaret ab omni
Crimine & humanas probitati cedere cunctas
Res: quascunque solent hominum mirarier usus:
Ipse ratus uacuas opibus dimitteret ædis:
Namque satis grandes gelidi post fata sepulchri
Diuitias famæ titulis grandesque parari
Thesauros: quos nulla queat uel tristior ætas
Lædere: uel rabido morsu corrodere uermis.
Hinc tua Paule quidem. tua Regule diues haberi
Paupertas meruit. sic Cincinatus opimis
Laudibus effertur. pauci sibi degere uitam
Hanc uoluere tamen: quos uanus duceret error.
Quid memoré pariter: quot res dedit ampla supbos
Crassus opes multo noctisque diesque labore
Dum cumulat: clarum peperit sibi nomen in urbe.
Diuitiis Magnus populum Pompeius agebat
In quascunque alacreem cuperet traducere terras.
Ast auro Cæsar dominatus & urbis & orbis
Imperio: meruit præsens in uota uocari.
Huius item meritis sapiens Plutona uetustas
Aetheriumque Iouem diuino numine donat.
Quare aurum cunctis læti præponere rebus
Pergite: si sapis: quo molli a pacis habentes
Ornamenta piæ ualeatis & effera bella
Qualia multa præmunt: fulua pulsare sagipta.
Stocidasque senes lepido pensate cachino.

Hunc alii laudant. alios mussare uideres:
Seu quod dicta minus censeret forte probanda:
Seu splendore magis uirtus ueneranda pudorem
Adderet ipsa suo. nam si lustraueris omnes:
Inuenias pluris: qui quamuis turpia quæque
Patrarint: scelerumque minans superasse cacumen
Lætentur: uerum cupiant probitatis haberi
Cultores: malintque boni iustique uideri
Quam studuisse fore. hinc alii post ordine mentis
Quisque suæ decreta ferunt. sed stultior unus
Talia uerba dabat surgens in corpore bubo:
Ipse equidem soleo mecum mirarier illos:
Qui tempus triuere suum: quo græca latinis
Exprimerent uerbis. hic Rhetoras. ille Poetas
Socraticos alius transfert: aliique priorum
Vertere res gestas & bella furentia certant.
Quid frustra didicere libros: interpretis usi
Munere? quid frustra uanos sumpsere labores?
Quisque suas qui seruat opes: iis utitur. haud se.
Quique habuere suas: alienis uestibus ornant.
Assensere omnes. contra nitebar: & ipsum
In medium eloquii patrem te Marce ferebam
Maioresque alios. piscabar in aere rombos
Atque maris medii uenabar in æquore ceruos.
Hinc ego constitui nil iam traducere: cernens
Ingratos hominum per aperta pericula mores.
Namque uolunt. quæcunque legunt: damnare: uel ipsi
Siquid habent pulchri conuersa uolumina: tantum
Assignare solent: qui scripta reliquerit auctor.
Interpres nullas potuit meruisse labore
Officii partis. hic aridus. ille remissus.
Spumeus alter erit. durus fuit ille. sed iste
Laxior. heus demens stolidi sententia uulgi.
Et tamen inuiti deliros sæpe uereri
Cogimur: & diris penitus dare lintea uentis.
At tua dicendi uis insuperabilis apte

Vsque adeo nostram potuit deflectere mentem.
Extinctosque prius. flāmis surgentibus ignes
Instaurare nouos: ut quicquid Stroza perusti
Care mihi: facilis tibi sim cessurus amico.
Munera cum primum liceat per publica nobis:
Totus Aristoteles causas armatus in omnis
Prodeat in medium: tractetque ferocia sæui
Bella fori: populumq; domet moneatque senatum.

FRANCISCI PHILELFI SATYRARVM HECATOSTICHON. II. DECAS.

HECATOSTICHA PRIMA.

Ad cosmū Medicē
Secunda

HVnc si cosme putas tibi succēsere pœtā
Falleris. exosus: q te nō oderit unquā:
Nā qđ forte minus nobis qñq; rogat⁹
Profueris: nulli culpe tibi pono: sed illis
Qui te fraude sibi iūgētes: prius iniquū
Effecere mihi: qui te pietate colebam.
Hinc ego multa tuli nulli toleranda modesto:
Quippe modū queque ipsa nimis superasse uident
Nec tamen admonitus. ne tanta iniuria nobis
Fiat: Cosme caues. simulas tibi dura dolori
Cedere quæ patimur. cur ne patiamur inique:
Negligis? omnis amat summi nos ordo senatus.
Ordo colit melius. sed plebs tibi dedita. tantum
Insequitur: quæque ipsa tament si libera iussu
Vota ferat: cœlo miris nos laudibus æquat.
Cuncta probans: quæcunque rei quæcunque saluti
Prospiciant nostræ. quod si calcaribus acta
Et stimulus seu Cosme tui. seu forte tuorum
Cœperit in diros diffundi perdita luxus:
Quæ uinosa parat: quibus abstinet ebria monstris:
Hæc tibi dum totiens refero: simulata locutus

Blandiris:fingisque modos:& uerba probati
Eructas mellita uiri:dum corde uenenum
Sæuus alis.laqueos tendens & ræti circum.
Non me tecta latent.fraudes dignosco dolosque.
Nec tam nostra quidem tua q̃ fert causa dolorem:
Qui dum triste putas nobis nocuisse:profano
Non sentis nocuisse tibi:dementia sæcli
Ius habet in nobis huius temeraria nullum.
Nam si uera loqui liceat:mea celsius omnis
Suspicit:& nullis terreni dedita fastus
Fraudibus illecebras humilis mens despicit oræ.
Ah quanto melius tibi consuluisse tuisque
Dicaris:si recta bonus.non praua secutus
Vtaris ratione duce:& turbantia pectus
Belligeris portenta feris uincire cathæna
Aereque multiplici pergas: trudatque profundo
Carcere:qué princeps animus seruatque:regitque.
Imperio fortuna suo te uendicat omnem:
Nec sentis:monstro cui te parere necesse est:
Huic & enim qui se penitus permisit habendum:
Deditus.ipse sui nec ius iam possidet ullum:
Nec libertatis meminit.famulatur ad omnem
Vt seruile pecus quem casus iusserit:usum.
Nam facilem primo nobis se callis ad ipsos
Offerat ingressus:& qui uirtutis in arces
Tollitur ætherias:& qui sub tartara tendit
Ad uitium.sed cum paulum processeris ultra:
Non etiam remeare licet sine mole laboris
Ingenti.primos igitur sic dirige gressus
Cosme tuos:ut te suscepti muneris ipsum
Pœniteat nunquam.uirtutis calce potitus
Gaudia pectoribus capies immensa:nec unquam
Prima uelis reuocare gradus ad limina portæ.
Quod si te sceleris uideas cepisse baratrum:
Vsque licet doleas:nunquam tamen ulla potestas
Ad reditum pateat:celeris nisi ractor Olympi

Præstet opem.primis igitur conatibus obsta:
Et cape dexter iter:superas quod ducit in oras:
Id quãquam ascensum primum tibi ferre uidetur
Difficilem:quoniam regionis nescius erres:
Mox tamen euectus:sentis:quam fallitur ille:
Quisquis opus uirtutis habens in parte laboris
Difficiles ducit:quas res inuitus iniuit.
Nam uirtute nihil iucundius. ipsa beatos
Sola facit.nulli fortunæ subdita sorti.
Huius iter ratione sequens mihi Cosme fauori
Semper eris.nunquã mihi te Nicolusue Codrusue
Subripiat.perges mihi te præstare benignum:
Aut nihil obsueris.fortunam temnere disces.
Ex tete penitus pendens fallacibus auris.
Dementes quas ferre solent nunquam obuius ibis.
Præterea quas ferre queat tibi Carolus auras:
Ingenium cuius plumbo est obtusius omni?
Nam Lycolaus iners fabellas cudere tantum
Edidicit:quas nouit anus:quas uillicus horti.
Adsit Hypocritius nugator maximus omnes
Mollicie superans cum Bambalione Cinædos.
Hos tu Cosme uiros audes præponere nobis:
Qui tua.non temet fallaci fraude sequuntur?
Num quod adulari tibi negligo:duxeris hostem?
An quia uera loqui didici:mihi redderis hostis?
Si sapis:ego redi.nobis accendere bilem
Si totiens monitus.totiens perrexeris:aurum
Non tua defendat tibi crimina.proruat omne
Quod latet:in lucem.faciam:puerique senesque
Te norint uitamque tuam.mihi parce mouere
Tranquillum stomachum:ne si mihi nausea surgat:
Euomat os facinus.tacita quod mente recondo:
Quodque tuũ.mores & enim morumque profanas
Nequitias noui:quas & siluisse nefandum
Est statyro:gladii cuius nec parcere norunt:
Nec quẽquam immunem pœnæ fecisse uel atri

Vulneris:assiduus cordi quid suscitet angor.
In primis etiam siquis tua pectora tangit
Horror Olympiaci.quod cures.numinis: illas
Tecum mente faces.quas fontibus effera seruant
Tartara terribiles cruciatus.tristia uolue
Supplicia.& uanis fortunæ fidere noli
Blandiciis.nihil est una fallacius illa.

¶ Hecatosticha.II.

ME nimis extollis.nimium me laudib⁹ ornas
Hydropotes.nec nr̃a satis pspecta Georgi
Vlla uel ingenii tibi uis aut doctior usus.
Non ego Gorgonei nitidas uelut Ennius haustu
Fontis aquas Gallusue bibi.mea tempora nullus
Comit honos.nudo gaudent mea carmina Marte.
Quæris amiciciæ mecum tibi nomen & usum?
Accipe.dedo libens.miro complector amore
Teque fidemquem tuam.quãti nos ducis: id omne
Iuri asscribe tuo.nullam patieris amice.
Poscere si quicq̃ pergas uel grande:repulsam.
Interea postquam sanctum percussimus ambo
Fœdus amiciciæ:tali si nomine dignus
Esse cupis:t alisque uirum uolitare per ora:
Accipe:q uæ nostræ sedeat sententia menti.
Multa ad amiciciam traduntur iure colendam:
Quæ forsan numerata putes prolyxius.unum
Est autem memori præceptum mente tuendum:
Vtque iisdem dulces studiis teneantur amici.
Consimilisque colant iisdem sub finibus artes.
Legibus indulges?alius nos detinet usus.
Stoicidas sequimur.diuos coluisse Poetas
Nos iuuat.& miro ueneramur Rhetoras igni.
Græcaque Romanus pariter:Graiisque Latina
Iungimus.& uersu pariter prosaque uagamur.
Innumeras etiam.turpis quas fama sequatur:
Aspernamur opes.uirtuti cedere cunctas
Res simul humanas censemus:& improba rectis

Facta premi: moresque malis præstare probatos.
Artibus his & enim solis: ut opinor: ad astra
Itur. & æternis homini pia fama triumphis
Gloria laus & honos in sæcula cuncta paratur.
Legibus inseruis? si talis discere leges
Niteris: ille Dracon quales statuisset Athenis:
Quasque Solon tulerat: seu quales Sparta Lycurgi
Sanserat: Alcmandri quem nec furor impius acris
Terruit: ipse tuos sensus studiumque probarim.
Sunt etiam Latio geniti de sanguine fama
Insignes & laude uiri: uelut Hælius atque
Cæcilius fratres Tubero Brutusque. Catoque.
Virginis. Capito. Rufus. Labeoque seuerus
Suspiciusque grauis: quem Muti sermo uerendi
Ad ciuile uirum ius uerterat. hosce Georgi
Hos si forte uiros cupias cognoscere: laudem
Ipse equidem: uerum si quos perdiscere uulgo
Contendunt hebetes stolidæ ruditatis alumni:
Damno. nec insanam nequeo iam dicere mentem.
Angelus. & Baldus. cũque iis Accursius Azo.
Dinus. & iis similes fugiendi pestis ut atra
Sunt tibi: si sapias. homines fuge doctus ineptos.
Hos tu iure & enim consultos forte uocaris:
Quos ego iure putem constultos nempe uocãdos
Et rabulas: qui nil aliud nisi uendere nugas
Edidicere. nihil rerum nouere bonarum:
Grammaticæ expertes. crassi fatuique per artis
Ingenuas omnis pectus clausere. peritus
Iuris nemo quidem: sed iuris perditus ille
Iure uocandus erit: qui talia discere monstra
Mollitur: tristique animum complere ueneno.
Si talis imitare uiros: per sydera damno
Teque simul studiumque tuum. quid ducere tandẽ
Tempus inane paras? nihil est: nisi tempus amice.
Quod nostrum censere queas. si tempus abire
Sponte sinis uacuum. nulla ratione nec usu

Nobilis officii seruato:stultus habendus
Non ab re fueris.cui nam seruire laboras?
Liber es & nullis uitiis obnoxius.istos
Ore caue:turpi qui pro mercede rapinas
Furtaque multiplici componunt fraude paratas
Adde:quod ingenii reicit uim Bartholus.adde:
Quod nisi rusticitas nullus uir quiuerit alta
Mente uigens talis animo dimittere gerras.
Ille,Triballorum qui ductus origine celsum
Repsit ad imperium:manibus dum sceptra teneret
Barbarus:in latias lacerato corpore leges
Iniecitque manus:lætoque afflixit amaro.
O utinam superi.siquid mortalibus usquam est
Iusticiæ reliquum:te Iustiniane sub imis
Manibus ardenti plectant Phlegetonte iacentem:
Postquam tanta Italis millena uolumina legum
Principe te clades:te principe pestis ademit.
Cum tua uenturæ molitis nomina famæ
Inserere.& uulgi titulos dementis inire:
Lex & iura tuo perierunt inclyta fastu.
Sunt uirtutis opes:quas solas dicere fas est
Perpetuasque homini:fertur dixisse Bianta
Omnia.quæ mea sunt:mecum fero:nulla Prienes
Præda uirum captæ ualuit monstrare minorem.
Si tibi sit uirtus:omni sis ditior auro.
Hanc cole.ne dubita:quin nō modo uiuus:at omni
Carne carens.omni sis diuite ditior unus.
Natus ad ingenuas unus mihi cerneris artes
Hydropotes.nec adhuc tibi consulis?effuge uulgi
Insanos titulos.deliramenta furentis.
Naturam sectare tuam:quæ prouida custos
Te meliora sequi uitæ decreta beatæ
Et monet atque iubet.si me sectaris amicum
Consiliis studiisque probus:tibi munus amici
Cedo equidem mentēque libens. age concipe tecū
Eximium uirtutis opus nomenque futurum.

¶Hecatosticha tertia.

Lingua tibi media Poggi plus parte secetur:
Qua nunq̃ lacerare probos & carpere cessas
Improbe. quis talem tibi tãtus tradidit artẽ
Auctor: an e stulto fatuoque & mentis egente
Te tuus insanum Lycolaus reddidit Vtis
Addictum uitio. dirumque per omne uolutum
Flagitium & facinus: tantum maledicere semper
Edoctus. cunctos decoret quos aurea uirtus:
Insequeris calamo: nequeas quos fulmine linguæ
Quam nimius crassam potusque & crapula fecit
Immanisque Venus: tibi quæ tam dira uoluptas?
Vndantis pelago dum uini nocte dieque
Ebrius obrueris: dum tanquam immensa uorago
Quicquid pontus habet. quicquid uel terra uel aer
Vescendum peperit: latus tibi uenter & ingens
Excepit: dum fœda Venus patiturque: facitque
Omne genus probri: tactus te læuius: esto:
Titillans uæsane iuuat: redditque furentem.
At dulci qui tactus agit prurigine linguam:
Vt te communem præstes sapientibus hostem
Omnibus: & nulli parcas uelut effera quædam
Vipera tabifero terram cœlumque ueneno
Inficiens: sileo reliquos: quos nulla silebunt
Sæcula: quos uolitans bonitas super æthera tollit:
Dic: qua laude minus dignum ĩtegritateue summa
Inferius quicquam cognoueris ipse duobus
In mira pietate uiris: quorum alter Ethrusca
Vrbe satus Sena uerbo uitaque decorus
Hic Bernardinus totam conuertit ad astra
Italiam. ast alter nulli probitate secundus
Nicoleos. genuit quem dia Bononia: celsi
Pontificis iunctus lateri meritisque locoque.
Ipsum etiam Christum uitaque imitatur & usu:
At tu qui linguæ morbo uinose laboras:
His semper maledicis iners: quos terra polusque

ad poggium

Bernardinus Senensis

Et probat.& laudat solus rubigine linguæ
Insequeris castos homines uitæque supernæ
Cultores:quoniam sceleri fur deditus omni
Nil tibi turpe putes:quod fert furor atque libido.
Dissimiles nam nemo sui dilexerit ullos.
Iungit sola bonos æquo sibi fœdere uirtus.
Improbitasque malis gaudet discrimine nullo.
At miror:quæ tanta tuos uæcordia sensus
Obtundit:quæ tanta hebetat uæsania mentem:
Ne similes quocunque cares:probitatis amorem:
Quo uideare probus?minor est in crimine culpa:
Dum minus exemplo reliquis nocuisse uideris.
Si te delectat uitium:cui deditus ultro
Obsequeris:paresque libens:tibi proderit ipso
Virtutem simulare loco:qui laudibus effert
Præstantis bonitate uiros:bonus esse putatur.
Qui laudat doctos:doctrinæ dignus honore
Ducitur.ingenium declarat sermo pudicum.
Callida quinetiam natura monetque: docetque:
Quam uigili cura linguam tueamur & astu:
Huius enim prudens clausit sollertia linguam
Ore.simul duplicis cinctam munimine ualli:
Quo sic tuta labris & dentibus omnia caste
Efferat in medium:quæ mens digesserit alta.
At tibi Bambalio semper patet oris hiatus.
Futilis es totus.nil sani dicere curas.
Detrahis & doctis.& sanctos polluis ore
Oscœno.cunctis audax uacuusque pudore
Exprobrare tuas.penitus quibus obrutus hæres:
Nequitias pergis.quod si te noueris ipsum:
Aut melior fias:aut tanta licentia desit
Futilis eloquii.scelus est carpsisse probatos.
Hinc pater omnipotēs Mariam.dū garrula Mosen
Tristibus insequitur dictis:puniuit amaro
Hulcere.sic linguæ damnatus crimine.pœnas
Absalo horrendas dederat:Dariique uocarunt

Icc irco Satrapas færali cæde leones:
Quod uitio linguæ Danieli parcere nollent.
Præterea stultum est etiam maledicere sonti:
Cum sis turpis homo. meretricis Thaidos ulla
Bacchis stupra notet? Gracchorum crimina Carbo
Damnet? & irarum Tydeus accuset Achillen?
Ah quanto melius Poggi famæque tibique
Consulere incipias: si te colligeris amens:
Quæsierisque sagax penitus. sensusque repostos
Rimatus. uideas: te quantus distrahat error:
Qui rationis inops te totum dedis habendum
Insani stimulis uoti facibusque furoris.
Hinc morosus ades cunctis in rebus & audax
Ac turpis. nullum fugiens probrumue nefasue.
Nec tecum uersas animo famamue futuram
Nominis impuri. uel summi iudicis iram.
Moribus aut igitur melioribus utere Poggi.
Aut te Bambalio qui non sis: finge uideri.
Aut saltem desiste bonis maledicere semper
Importunus homo. linguam preme cautus & .oīs
Impetus interior uultus cæletur amictu.
Sic minus offendas & tu quoque forte uicissim
Offendare minus. nam si uirtute suprema
Præditus. inuenit qui se per dedecus omne
Carpat: an oscœnus sub uitæ sordibus atræ
Pacem tutus agas? si nolis esse probatus:
Vel uideare para. linguam calamumque coercens.
Omnis enim ingenuo dura est iniuria: uerum.
Durior: indignus quam fortibus intulit ullus.

Hecatosticha Quarta.

Ad Laurentiū vallam

Tu Alla uide. ne dum cunctos in prælia poscis
Incautus pereas: ac fias fabula uulgi.
Pontifices regem non erubuere deorum
Affixisse cruci: dum terras incolit hospes
Non parcant Vallæ: dederis si criminis ansas:
Qui Christo peperere necem? si uera locutus

Morte dedit pœnas:quoniam non grata tulisset:
Præmia quæ Vallæ reddentur digna susurro?
Si Constantinum minus illa dedisset probaris:
Quæque dedisse uolunt dono decreta priorum
Siluestro:quocunque satus sit tempore tandem
Fare:tuis fiat quæ tandem iniuria musis
Num fortasse tibi causam mandauit iniquam
Hic nouus Augustus:fieres ut iuris auiti
Quæstio?quo tandem sub iudice prisca iacentis
Cæsaris orator possis defendere iura?
Forsitan Alphonsus rex inclytus arma ministret:
Quis ualeas tanto caput obiectare periclo?
Nam nec lege queas contendere.iusque piumque
Auribus obstrusis dicentis uerba capesset.
Ridebitque tuos si non mulctabit.elenchos.
Linque sacerdotum curæ:quæcunque probare
Debet sola fides.non ipsa scientia sæcli.
Ac phœbo te redde patri.fontemque frequenta:
Pegasus Aonii quem fodit uertice montis.
Hic tibi castalidum redeunti passibus æquis
Occurret uenerāda Phalanx.mediumque locatum.
Dulcisono citharæ mulcebit carminæ doctæ.
Eloquio quo multa uales:contende potenti.
Et quæ fœlicem possint tibi reddere uitam:
Calle sagax inquire pio:quécunque paratum
Scis animis geminum quid enim tibi tāta laborum
Profuerit ratio:si te nesciueris ipsum?
Sit tibi certa quies. litem fuge amice malignam
Inuidiæque luem:ne dum contendere uerbis
Ipse paras:patiare nefas & tristia facta.
Iudice nam prauo superant mendacia uerum.
Et uis iura premit.stultum est contendere frustra.
Nec damnosa place uictoria. Valla quiescens
Viue tibi populi metuens aurasque minasque.
Tu nec Aristoteli parcis. Ciceronis adulter
Et status & ratio dicendo sæpe uideri

Si solet:an ne alius tibi quisq́ doctior illo
Aut hoc eloquio melior uideatur in orbe?
Stoicidas plerunq; libet ridere seueros:
Qui mortale bonum statuentes altius omni
Ingenio.frustra laudis præcepta ferebant.
Si medium secteris iter:tibi tutius olim
Incedas.homines simus:non numina cæli.
Ridiculum sane:quod nos ætate minores
Nec uirtute pares.ullos damnare uelimus
Quos tot sæcla probent:quos totus laudibus orbis
Efferat.hinc liuor Laurenti fulminat atrox
Teque petens moresque tuos in corpore næuum
Pulchro etiam minimum damnat uæsania uulgi
Doctus es ingenioque bono:fac:cura laborque
Et studiosus amor laudes accedat ad istas.
Et tum quosque proba censor:reprobaque disertos
Ac doctos.sed sic:ne te quoque fugerit illud
Quod das:lance tibi reddetur protinus æqua.
Non aliud certe:cunctos Epicure perosos
Te fecisse reor:quam quod dum cætera carpis
Nomina doctorum sensumque & scripta uirorum:
Cunctos iure tuis fecisti laudibus hostes.
Natus id ætatis.cui iam prudentia rerum
Multarum calensque peritia debet adesse:
Quur ea non noris:tibi.quæ conducere possint?
Discreptare nimis fugito.dialectica temne
Garrula cum populo.sparsim tua seria perge
Mellifluis condire iocis:nam toruus & asper
Dignus erit:Ditis famulus qui terreat umbras.
Dixeris:at nequeo uerum tacuisse.iuuare
Si te uita nequit:stimulat si nomen & aura:
Festinasque mori:præstat:super æquora uectus
Aegiptum Turcosue petas.Aframue Tyneta.
Hic te uera decet Christi miracula cunctis
Atque fidem memorare piam:finemque malorum
Vite afferre tuæ.nam te mox ignis & enses

Circunstent:famamque ferant:quã nulla tacebunt
Sæcula continuo qui fias incola cæli.
Nam Constantinus.Siluestri dona.uel usus:
Aut Euangelio qui confecere priores.
Talia quæque tibi nullas infundere luces.
Sed tenebras mi ualla queant.lœtumque pacisci
Nanque sacerdotum furor est insanus & ingens.
Argenti siquis loculos atque otia uitæ
Desidiosa pigræ uel qua ratione uel astu
Diminuisse uelit.potius cape digna relatu:
Quæ resonante canas cithara:campoue pedestri
Per spaciosa trahas & pulchra uolumina lustrans.
Alphonsi nam bella tibi tot maxima regis
Regnaque parta manu.pulchris tot gesta triumphis
Prælia magnanimi clarum tibi nomen in æuum
Omne ferant.hæc sume tuo monimenta labori
Ac laudi.quod si Mauortis forsitan horres
Fulmineas acies & formidabile uulnus:
At cape uirtutes tranquilli principis:omni
Dicendi quas laude canens scribensue parabis
Immortale tibi famæ decus.omnia uincens.
Quæ se censuerat Crœsus fecisse beatum

Hecatosticha Quinta

Contra ypochritas

PEstiferum genus est hoĩm:q ueſtibus oẽm
Virtutẽ ostendant:& uultus ultima fingũt
Ora reluctãtis.quid enĩ damnosius usq̃ est
Quid magis horrendum.q̃ quem pietate uerendũ
Duxeris:anguineum premere in præcordia uirus?
Aspice:quam maciem.quem mitem fronte pudorẽ
Monstret Hypocritus.facies pallescit.& ossa
Surrexere.cutis humorem perdidit omnem.
Aspice:quam uili duroque domatur amictu
Tristis Hypocritius:qui hyberno frigore & æstu
Induitur rallam.laceramque resarcit & auget.
Aspice:quam uocem.quam leni murmure cantus
Mittit Hypocritius:cum uel muliercula donat.

Vel sacra templa uafer ficto ueneratur honore
Aspice:quos motus. quos gestus corporis astu
Reddit Hypocritius:terram qui torquet in imam
Vsque caput:passuque sagax incedit anili.
Heu pietas heu prisca fides.quo pristina fugit
Cura sacerdotũ.quid Iupiter optime differs?
Fana prosananrur.lustris obnoxia facta est.
Ipsa dei prostrata domus scelerumque taberna.
Lenta gradu nimium tua rex o maxime diuum
Ira sacerdotes sequitur nimiumque merentum
Supplicium deus alme trahis.quæ barbara tellus
Quod genus horrendum quæ gens.q perditus usus
Hoc sceleris perferre queat? Puer ore uenustus
Ingenioque ferax.atque indole mirus auita
Doctrinæ cupidus.sed non quam doctus abiuit:
Orat Hypocritium:si dignum duceret.ut se
Vel nati seruire loco pietatis amore
Accipiat:reddatque probum.te pectore dixit,
Accipio penitus.te nati nomine digner.
Seruus ego potius si quem mihi cælitus imbrem
Infundat de fonte suo deus optimus:omnis
Hic tibi communis mecum similisque futurus
Esto puer.siquid potero uel mente uel arte
Iuri asscribe tuo.Lætatur scilicet ille:
Nescius occulto quid secum pectore uerset
Turpis Hypocritius:quem uix petiisse secundum
Dicitur infœlix:calamo grauiore figuras
Cum didicit græcas. diuum pater atque hoĩum rex
Quo fugis auertens oculos? quid fulmina differs?
Concubitus inter templi penetralia fœdos
Raptus sacra puer patitur discrimine magno.
Hic autem pollens humeris & pinguior omni
Quem glandes pauere sue.& quod multa susurro
Turba per Italiam uiduarum dictitat omnem
Vix teretis cedens mensura penis asello
Celsus ab ingenti suggesto grandius ore

Intonat ætheriæ monſtrans dulciſſima uitæ
Gaudia.tartarei quæ ſit formido baratri:
Horrendo terrore docens.hunc laudibus omnis
Plebs ignara uirum ſummis extollit in aſtra:
Qui nullum flagrare ſinit tentigine cunnum.
Nec torpore ſitu.quæ nos portenta uidemus?
Ecce ſacerdotes:qui ſacra deumque miniſtrant.
Ecce probos pietate uiros:qui ſydera cæli
Suſpiciunt uaria referentes uoce tonantem.
Triſtis Hypocritius teneris inſanit ephebis:
Quos audet ſancta ſcelerare profanus in æde.
Nam miſerande puer quo te ſors impia raptum
Detruſit? magno certe doctrina paratur
Prima tibi.ſolare tamen:te Cænea doctor
Reddet Hypocritius.quid nõ puer improbe turpi
Raptori gladio fixiſti pectus adacto?
Nec pudor obſtiterit.feciſſe Trebonius olim
Dicitur a Mario laudatus.numine dextro
Fac puer audacter.ne te formido moretur.
Dedecus eſt & enim muliebri munere fungi
Et uice proſtibulæ:cum te natura uirorum
Addiderit cœtu.quare o puer optime monſtrum
Perde.neca.interime. & ſi mox diſcrimina uitæ
Sint obeunda tibi:nunq̃ patiaris:ut ori
Hæc ſit inuſta tuo labes fœdiſſima uiſu.
Quinetiam turpi mors eſt clariſſima uitæ
Anteferenda probis.nunq̃ perit inclyta uirtus.
At tu qui uiduæ.lepidis blandire tabellis:
Perdite:quid mariam.peperit quæ uirgo supernum
Impolluta deum:ſimulato nomine ludas?
Hanc in amore uocas? huius furis ignibus audax?
Nec pudet inuerſi ficto uelamine uerbi
Nequicias texiſſe tuas? non uirginis ullum
Sanctum nomen amas.uiduæ ſed cæca medullas
Vrit flãma tibi:neſcis miſer omnia claram
In lucem ueniſſe tamen.nam crimina poſſunt

Nulla latere diu. speculatrix altius alis
Fama quater geminis uolitans enarrat ephebis:
Nostris? Hypocritius pueros subit. ille puellas
Comprimit. & sæuis minitatur tartara pœnis:
Ni uiduæ quod iussit: agant. huic altera nummos
Fœnore perpetuo quos uir. quos fraude pararit:
Detulit. hæc uestis & cingula pulchra mariti.
Altera. quam roseæ niueam speciosa iuuentæ
Forma tenet: donat mammas. labra. fœmina. cũnũ.
Simplicis hinc animi surgit noua secta per omnem
Protinus Ausoniam: quam non uæcordia cogit
Sed uersuta Venus scelerumque immensa libido.
Hos igitur quicunque deum moresque pudicos
Dum simulant: per quæq; trahũt scelera ultima uitã:
Si sapimus: casti pellamus ab urbibus omnis.

¶Hecatosticha sexta.

SIquis forte grauem. seu quem prudentia regæ
Magnarum meritis extollat laudibus: unum
Nosse uelit: talem si te uir clare Iohannes
Esse neget: quem nam qua surgit Phœbus ab Indis
Vsque sub occidui fugientis littoris undas:
Aut qua sydereis concesserat ignibus Altas
Rhyphæas uel adusque niues: cognouerit orbis:
Quem tibi præponat? superas Olzina Catonem
Atque Themistoclem morum grauitate uel usu.
Præsidiis igitur frætus si talibus omnem
Vnus habes aditum: potes unus & omnia tanti
Regis apud mites auris: miratio pectus
Nulla subit nostrum. nam uirtus inclyta mores
Admittitque fouetque probos. hinc iure parasti
Nomen grande tibi: quod nulla aboleuerit ætas.
Laus uirtutis enim sequitur uestigia gressu
Serua suo. nemo est: qui non te diligat unum.
Hoc habet in primis probitas: ut concitet omnes:
Alliciatque sibi: quos uel non uiderit unquam.
Non igitur mirum: si me tua gloria uincit:

Affectumque tibi reddit bonitasque locusque:
Dignus in Hesperii quem seruas principis aula.
O te foelicem. cui foelicissima uitæ
Commoda priuate respondent. fama probatis
Optima pro meritis & rex Alphonsus in omnis
Conspicuus terras nostri laus aurea sæcli.
Nil aliud superest uir magne: quod addere possis
Ad clarum uirtutis opus: nisi talis in illos
Sis Olzina uiros: pietas quos nobilis ornat:
Quales magnanimi sentis tibi principis aures.
Da faciles aditus. adeuntis excipe miti
Fronte. locuturos nec dedigneris amicos:
Seu prolyxa uelint: seu sint sermone Lacones.
Quod si forte minus possis iucunda: tamen tu
Grata refer. nec enim cunctis optata deus dat.
Præterea quanquam mira est sapientia regis
Alphonsi ingeniumque uigens: ut cuncta benigno
Infudisse sinu. quæcunque beata requirit
Vita hominum: natura simul. cum lacte putetur:
Hunc tamen horteris: moneo: sibi comparet omnis
Quos probet: & magnis de rebus uerba loquentes
Audiat: ac sese totum speculetur in illis.
Doctus Anaxagoras quantum tibi clare Pericle
Profuerit præsens: nemo est qui nesciat. Hellen.
Italiæ Samium primos audisse docentem
Pythagorã proceres perhibẽt. Siculosque Platonẽ.
Scipio te peregre secum duxisse Panæti
Fertur. Alexander medios Mauortis in enses
Ducebat comites: quos mirarentur Athenæ.
Quid Traiane tuum memorabo Diona? quid illud
Plutarchi ualido fæcundum nectare pectus?
Prætereo innumeros: qnos Cæsar & urbis & orbis
Induperator habens comites sociosque laborum
Facundos doctosque uiros. quæ luce gerebat:
Nocte dabat musis. nam quanti maximus omnes
Duxerit Augustus: quos otia iuncta labori

Aeternos facerent:millena uolumina monstrant:
Ingeniis quæ septa bonis ea protulit ætas.
Quinetiam multum,congesta uolumina prosunt.
Nam quæ principibus timidi uereantur amici
Ac dominis dixisse suis:hæc docta uirorum
Scripta monent:quæ dum legerunt singula reges:
Aut rubuere genis:si quicquam errasse nefandum
Forte recognorint:& se fecere probatos.
Aut recte gaudent factis:& laude citantur:
Vt cupiant meliora sequi.nam regibus unum
Esse reor uitium:quod præbent fraudibus auris:
Qui si multa putent sanctam redolere Mineruam:
Scurrarumque greges ipsis cælestibus æquent.
Nequior est nullus nec perniciosior hostis.
Quam qui uera tacens studioque doloque placẽdi
Mentiturque loquens:atque assentatur amico.
Persidos imperium.peperit quod nobile Cyrus:
Nullius expertes ingratos esse putabat
Criminis.ingratos nulli tenuere pudores.
Quem pudor effrænam liquit:capit illicet omne
Dedecus ac probrum.nec pluris fasque piumque
Quam scelus atque nefas facit assentator iniquus.
Namque uerecundi nihil est:quod pensitet effrons.
Hos igitur.siqui fortassis tecta frequentant
Regia:pelle domo.famulorum culpa referri
Nam solet indominum.doctos accerse bonosque:
Regis ut hospicium munitum talibus armis
Terreat aspectu:fuerit quicunque profanis
Deditus illecebris sceleriue obnoxius ulli.
Nam quia multiplici magnarum pondere rerum
Alphonsus premitur regum iustissimus unus:
Forte minus curare domi queat omnia:tute
Consilio qui magna potes splendore locoque
Vnus apud regem:merito pro iuris & æqui
Omnem sume uicem:tibi quã rex optimus addit.
Quæ minus ipse ualet tantorum mole laborum:

Tu gere consilio. facito. modo dignus in aula
Sit locus emeritis:quos uirtus celsa uerendis
Laudibus extulerit:qui tanti principis ore
Facta queant calamoque truci subducere fato
Omnibus Alphonsum talem per aperta probati
Reddentes exempla animi uitæque decorum:
Qualis adest:reges qui non secus unus in omnes
Clarior excellit:superat quam sydera Titan.

Ad manettu

¶Hecatosticha septima.

Ambrosius querit monachus quod legis aice
Officium Manette nihil.nec nomia curem.
Fallitur Ambrosius.nam scrutabere uerum:
Nomen amiciciæ sanctum mihi.sanctus & usus.
Sed fugit Ambrosium uis tanti muneris atque
Ipsius natura rei.tantum utile censet
Atque uoluptatem:quæ uim conflarit amoris:
Conseruetque omnem nec enim Manete negabo:
Quod minus obsequium cunctis in rebus amico
Præstiterim:quotiens in tempestiua poposcit.
Aut consulta minus si nos epigrammata longi
Muneris in Latium nondum traduximus atque
Eulogia. Argiuis soluentes protinus oris.
Quod totiens precibus totiensque poposcit amicus
Non ideo nobis adeo succenseat:ut nil
Cogitet:officium quod sit rerumque dieque.
Si res plura petit:patitur quam temporis hora:
Aut quod tempus auet:res negligit:audet amicus
Officium culpare meum?quod remque diemque
Aequali expendens trutina sic ducit utrique
Se fecisse satis:duce si Laertius uno
Venerit in lacium:ne si uelut Iris amictus
Indutus uarios:moueat nouus histrio risum.
Cantio longa quidem tot me traducere uersus:
Quod grauium uitas describens ille uirorum
Retulit.interpres si reddere quæque Latina
Nititur Ambrosius:cur non quoque uersibus ornat

Scripta suis? metrum nescit? nil discere turpe est:
Quod nescire sciat. si multa negotia septam
Impediunt mentem: nec nobis ulla supersunt
Otia: quos penitus sibi publica munera magnis
Obstrictum faciant meritis. sunt piguora. coniunx.
Sunt famuli: quorum uitas cultusque modestos
Nos curare decet. tanto uacat ille labore.
Desinat Ambrosius nos tandem obtundere mæstis
Questibus aut precibus. carmen dic transferat ipse
Quodque sibi. satis est tam multum sæpe laborem
Nos causa cepisse sua: dum singula uerba
Verborumque animas graia de gente petitas
Ducimus in Latium. si famæ ducitur auris:
Si laudis dulcedo iuuat si gloria mentem
Vrit tanta suam: nox intempesta cubile
Nesciat. in longo repetita uolumina cursu
Palmam ferre solent: finemque afferre labori.
Præterea melius sibi consulat ipse sacerdos:
Si quæ sunt sæcli: sæclo doctisque relinquat:
Ipse sacerdotum curet templique recessus:
Mente Poli meditatus opem uerumque tonantem:
Ambitionis inops: nec enim decet ulla remissas
Ambitio mentes ac cæci gaudia fastus.
Nonne uides Manete: quibus nunc artibus omnes
Viuimus? umbra nocens atque ostentatio fallax
Quas fraudes. quos arte dolos. quas denique tendit
Insidias? scelus omne tegit probitatis imago:
Hunc tu forte putes castam redolere Dianam:
Concubitus Floræ semper qui pectore uersat.
Hic moderata loqui didicit. quem funditus angor
Sollicitat: nec stare loco sinit alta cupido.
Illum fastus alit: sua qui premit ora cuculo.
Alter uisus opes contemnere. soluitur auro.
Ebrius in uinum rigidos iaculatur elenchos.
Qui timet: audaces superat sermone Gigantes.
Iusticiam laudat iurique aduersus & æquo.

Relligione uacans superos quos ridet:honorat.
Hostis amiciciam simulat.prudentior ille
Ducitur:insanum:qui uulgus stultior ambit.
Non me ficta iuuant dulcis Manette.nec ore
Esse alius didici:quam gestem corde Philelfum.
Hinc plærunque odium liuorque inuadit inermem
Quod simulare nihil didici.nec perfidus ullas
Reddo uices fraudi:sed totus id esse laborem:
Quod sim:nulla meis uenatus tegmina rebus.
Virtus sola placet.plebis contemno fauores.
In facinus nequeo bilem frænare furentem.
Qui silet:is uitium pacata mente uidetur
Excepisse sibi:similes nam iungere mores
Mutua corda solent.odium litemque malignam
Dissimilis natura creat.non ipsa uoluptas
Reddit amiciciam.non utile.solus honesti
Cultus amicorum mentes coniungit amore:
Inde uoluptates manant & commoda mille:
Quæ nequeat fortuna premens mersisse ruina.
Hæc igitur secum repetens communis amicus
Ambrosius Manete queri uel desinat:& se
Forsitan accuset:uel tempus & otia cedat
Commoda:quis habeam quod flagitat ore frequēti
Sic digna cecinisse lyra:nec dicar ineptus.
Quod si forte moram patitur minus ipsa cupido
Aedendi.decimum quæ iam produxit in annum:
Quod nequit ipse metro possit traducere prosa:
Possit item uarios:si malit:omittere uersus:
Quippe quibus per multa suo non digna cucullo
Sint uerbis referenda suis interprete tali
Quæ si casta legat plebs accusabit ieptum
Cuncta sacerdotem.non omnibus omnia laudi
Esse solent.hominum ratio rerumque tenenda est.
Phormio delirat:dum quæ non uiderat unquam:
Millitiæ summo audet præcipisse magistro.
Misce autem Manete tuum,nostrum que monebis

Ambrosium:sana cupimus quem mente ualere.

ℂHecatosticha Octaua.

PRodigus intristem contendit lætus auaru
Alter i effussos luxus uitamque proteruā
Inuehit.alterno se uulnere cædit uterque.
Vndique disquiris nūmos.spoliasque:necasque.
Et miseres:quæ diues habes:non utere pauper.
In te nulla fides.quas debes iure tueri:
Circunscribis opes socii.respublica furtis
Non est tuta tuis.quid enim tibi fœnora quisquam
Sacrilego asscripsisse probro tam dura laboret?
Prostituis natas.tu caræ coniugis omne
Dedecus.argento loculos quod reddat honustos:
Nō modo turpe negas:sed summis laudibus effers.
Tu patriam tu templa deum & sacraria uænu
Semper habes.natos auro sanctosque parentes
Prodis.in omne ruens sceleris genus.oīa uertens
Iura:quibus debent rectæ per mutua mentis
Munera mortales uincirier omnia fraude
Et facis & loqueris.periuria funditus ædes
Erexere tuas:& te fecere potentem.
Depositum quotiens dulci inficiaris amico:
Soluis uota deis:quod nummis uictor abundes:
Quod siquando tuis quenquam periisse uenenis
Senseris:astrigerum tangis sublatus Olympum:
Teque deum censes opibus cumulatus iniquis
Nec tibi diuitiæ.quibus omnem diripis orbem:
Aut explere famem ualeant.diramue leuare
Ore sitim.quo plus rapti possederis auri:
Pauperies animum tanto magis improba uincit.
Nonne uides:quanto facies pallore cadauer
Triste refert?maciesue cutem quæ laxa fatigat?
Cui des quando miser uictum tibi subtrahis:ipsa
Quem natura petit?num quenquam uestib⁹ ornes:
Quem glacies hyberna toga uidisset & æstas
Sole sub ardenti pellitum semper eadem?

Contra auarū

Sordidus es uictu.totus tibi sordet amictus.
Mi uomitum squalore moues.mi triste uideris
Auspicium.quereris semper.nunq̃que quiescis.
Perturbas clamore domum.populumque forumq;
Litibus obtundis.nulli comitantur amici.
Oderunt nati.famuli execrantur.& uxor
Te ne spectet hyems:autumnus ut obruat:optat.
Nam quid plura loquar?tua si perrexero cursim
Crimina ueridico sermone referre:loquentem
Deficiat me longa dies:& lingua laboret.

Contra prodigum

Prodige consumens nimio patrimonia luxu
Quæ te tanta potest in nos armare libido?
Aedibus absumptis.tibi quas liquere parentes:
Nequicias per mille tuas:mea tecta pudoris
Omnis inops intrare audes?mea crimina pandis?
Num tibi sit medii ratio:qui munera fundis
In uulgus:nulloque tuas discrimine donas
Stultus opes?laute cænas.uestiris amœne.
Te famulum sequitur uariis ornata cothurnis
Turba frequẽs:tumidi qui te super æthera uentris
Tollere contendant crepitu.dum millia pascis:
Qui tibi sit census uel quot uenturus in annos:
Nunquam mente prius tecum miserande uolutas.
Hinc inopia premit.quæ te male torquet:egestas.
Hinc rapis:ut fundas.spolias.occidis:& omni
Crimine pollutus falsis hominesque deosque
Insequeris causis:& quem me dicis auarus
Totus es.ut cænas laute:sic Cypris in omne
Te trahit ipsa nefas.nam dum capit iguina feruor:
Quem potusque cybusque tulit:non nata parensue
Tuta tibi.nam quid laudas quibus utere.uestes?
Vltima doctiloquos uidet & nutrit India nullis
Vestibus utentes.quos mirabantur Athenæ:
Palliolis omnis degebant uilibus annos.
Pinguis es & nimio forsan rubicundus Iacho.
Hinc semper stertis.longoque sopore solutus

Somnia uanus alis.montes transcendis.& iisdem
Obrueris.nullisque uolans super aera pennis
Icarus in medium præceps delaberis æquor.
Sic omnis effundis opes.ut nulla supersint
Filiolis alimenta tuis spes ultima uitæ.
Est igitur damnosa tuis tua uita:sed illis
Quos opulentus alis:quique assentantur:amicis
Ridiculo primum.mox deficiente culina
Est odio:qui te cupiant excedere uiuis:
Ingratæ sese ne damnes crimine mentis.
Verum dando nimis tibi.qui sis semper auarus:
Hoc uideor præstare equidem quo nemo negarit
Me minus a medio quam te distare probato.
At mihi cum libeat:semper conferre licebit:
Et medii seruare modum:rectumque tueri.
Sed tu.cui reliquum nihil est:quæ munera possis
Indignos coferre uiros? non sola uoluntas
Sit satis:accedat loculis sed dextera plenis.
Tunc miser ipse dabis:dandi cum dira cupido
Aedibus in nostris defrigens arserit in te.
Ne malim conferre equidem:quam rursus in ullos
More tuo conferre malos.risumque mouere.
Talibus inter se.quæ sunt extrema benigni
Officii:gladiis certabant iurgia.uirtus
Inclyta:quæ medio uictrix consedit in orbe:
Abiiciens extrema.nimisque exosa parumque
Subridet.gaudetque sibi:quod munere diuum
Ex sese pendens.fortunæ nullius una
Indigeat.uitiis etiam uenerabilis ipsis:
Et quæ sola homines ualeat fecisse beatos.

¶Hecatosticha.IX.

N Olim eqdē:frontē mutes Rhomeæ serenā: ad Rhomen
Quod satyram uideas ædis intrare procacē.
Hospes.n.nō hostis adest.nel bella miasue:
Sed pacem uiridisque affert inuenta Mineruæ.
Consulit in medium:quicquid conducere censet

Ad patriæ ſublime tuæ nomenque decuſque.
Si mecum partiris honus uir magne:quod unis
Suſtentas humeris:melius fortaſſe gubernes
Nauis iter.tu multa potes.nos multa per orbem
Vndique fluctiuagum uariis euentibus uſque
Experti.monſtrare uiam.quæ ducere tutum
In portum uel ſola queat:ſi poſſe fatemur:
Nulla tuum capiat uelut admiratio pectus.
Si Laertiadæ permultum profuit:olim
Quod callens euerſa ſacræ poſt mœnia Troiæ
Errarit uarias penitus iactatus in oras:
Dum mentes hominum multorum nouit & urbes:
Si pius Aeneas longe ſuper æquora uectus
Mille uices perpeſſus.iter ſibi fecit ad aſtra:
Hæc exempla monent tibi me qui plurima præſens
Expertus norim:non dignum limine pelli:
Quantus Olympiacas ſuperat ſol lampade luces:
Auſoniæ tantum uiſa eſt ſplendere per urbes
Et populus late præſtare Bononia cunctis
Ingenio probitate.fide.ſed ſola laborum
Cauſa ſitus.bonitaſque ſoli:qua cuncta deorum
Vis melior.quæcunque hominum natura requirit:
Contulit in populum miris ſucceſſibus unum.
Hinc quiſquis Latii regnum petit:otia turbat:
Reſue nouas molitur:iter primoſque parare
Conatus ſtudioſus auet.ſpeculamque potentis
Imperii miles te dia Bononia ſolam
Quiſque facit.ſic turba piam dum moribus urbem
Infecit peregrina ſuis:mox omnia uertit
Dirus amor belli.furit undique & undiq; Mauors.
Hinc manat ciuile malum.diſcordia demens
Aeſtuat.& ſæuus bacchatur in omnia mucro.
Quinetiam quicquid populus colit omnis:amatq;
Eſt furor armorum & pugnæ ſæralis imago.
Nam legum ſtudium.iuriſque iniuria tanta
Quot rabulas ciuilis alit litiſque magiſtros?

Pelle peregrinos ueneranda Bononia mores
Bellorum segetem.ciuilis sanguinis escam.
Viue tibi.donisque deum tam grandibus istis
Vtere uel modice te totam collige.regem
Contemplata poli:qui te super omnibus unam
Innumeris donare bonis dignatus.in omnem
Italiam noluit:regni monstrare superni
Quantus honos esset.uel quam miranda uoluptas
Dum tibi ne desis:nil est:quod rector Olympi
Non tibi contulerit fœlici sydere pulchrum.
Ingenuas artes atque otia libera cunctis
Viribus admittens.tantisper iure tuere:
Propulsare nefas:non ut:patrare nefandum
E doceant.quid iura ualeant.quæ moribus obsint
Depravata bonis? Musas Phœbumque parentem
Si colis:omne cadens uirus uomat ipsa Megæra.
Dulcius eloquio quid nam Rhomææ fluenti
Pierio de fonte putes? hoc Orphea montes
Fulminaque & siluas & saxa rigentia tradunt
Allexisse sibi.& Ditem flexisse furentem.
Huius item neruis placidisque affatibus usus
Amphion potuit muris circundare Thebas.
Colloquio cunctis si nos animatibus uno
Nam rationis habent aliquid:præstamus:an ullus
Dxerit eloquio quicquam præstantius esse
Rebus in humanis? quis nam tam rusticus ergo
Humanaque uacans specie non omnibus unum
Viribus affatum noctuque dieque sequatur?
Quid:quod ad eloquium pubes Rhomææ uidetur
Nata omnis:quacunque tulit tua florida tellus?
Nam nec es ignarus:mihi quam sit nota iuuentus
Ista omnis:quantum ualet & splendore feracis
Ingenii linguæque bono.nam uidimus ipsi
Præsentes:populo morum pulchreque loquendi
Cum dedimus præcepta tuo:quo tempore primum
Græcia nos Italis septem post reddidit annos.

Vos decorat natura potens.quid cura laborque
Et doctrina parens magnarum prouida rerum
Si simul accedat? quantum decus afferat Vrbi?
Nam lætam segetem si nullo scindis aratro:
Nec repetis rursum rastris rursumque nouale:
Vel fæcundus ager tenui pallescat auena.
Nec tamen eloquium laudem:quod gaudet inani
Verborum sonitu totius pectoris expers.
Vndique grandisonis oratio concinat ipsa
Sensibus.eximii quoscunque tulere poetæ.
Socraticique patres.Samiique probata senectus
Magnus Aristoteles.& diui lingua Platonis:
Vel quicquid Latium.uel quicquid Græcia miris
Laudibus extollens uitam componit honestam:
Hæc Rhomæ uelim:cupiat:curetque iuuentus
Ista renascenti quam dia Bononia sæclo
Ad meliora sui produxit nominis astra.
Sic mala dediscet:quæcunque inuexerit hostis
Deponetque sitim ciuilis sanguinis omnem.
Hæc igitur facies clarum tibi nomen in æuum
Omne feras.pariter fœlix patriæque tibique
Nam timeo:Rhomæ:nimis dum litibus hæres
Ciuilique odio:ne te fortuna relinquat.

¶Hecatosticha Decima

ad federicu
prima

QVi finem in uita nullum nec reb⁹ agendis
Constituit Federice sibi:ratione carere
Arbitror.hoc aial nil frustra uiuere iussit
Ipse deus:quicunque sua de mente creatos
Otia torpenti uetuit nos ducere somno.
Ille regit populos:quos legibus ornat & armis.
Hic sulcat mercator aquas peregrina requirens
Littora.uecturus:quæ ciuibus optima censet.
Alter agrum curat.pecori studet alter opimo.
Hic orator opem fert:quos iniuria pressit.
Mars alios & bella uocant.hic spectat Olympum.
Deniq; uix ullos uideas:quos otia tardos

Desidiosa iuuent. multos sibi uendicat ipsa
Religio castam cupientis ducere uitam:
Quorum dissimiles hominum similesque deorum
Cultus mira solent nobisque sibique parare
Commoda. ciuilem plures cupiere laborem
Ac cœtum: quorum tibi quid Federice capessas:
Scire uelim. nec enim ignaui petis otia uulgi.
Te pater uxorem uult ducere. at ipse repugnas:
Is causas quærit: naturæ lege nepotes
Cur sibi ferre neges. est nobis dextera dixit
Fors. bona sunt animi: sunt quantum dicere fas est?
Corporis. ipse negas uxorem ducere. quare?
Hoc melius. quare? noli me cogere. noui
Meque meumque bonum. noli mi nate parenti
Subdidit ille: mihi quicquam occultare. uel uxor
Sit tibi. uel causam nobis edissere tanti
Quo prohibere: mali. medicas curremus ad artis:
Si medicis hic morbus eget. nec parcere nummis
Nec sumptu statui narratur fabula surdo.
Respondere nihil. nisi tantum dicere nolo
Vxorem: Federice queas? turbatur & ægre
Angitur ille animi. cuncti stomachantur amici.
Ipse autem nulla potuisti uoce moueri
Nec precibus nec amice minis. Quæ barbara talem
Mens inculta ferox ualeat permittere morem?
Ast ego sollicitas ausim depromere causas:
Quis inhibere sagax forsan connubia ferre.
Sunt: qui uirgineam uoluerunt degere uitam.
Sunt: quos corporei penitus fregere dolores:
Roboris expertes. mancique & debilis usus.
Sunt etiam: quorum terras atque æthera fastus
Spreuerit: immanes animis nusquamque ferendi.
Virgineum si uera licet memorare pudorem
Odisti semper. tu uirginis ædere nomen
Virgineum iactare decus Cornelius alter
Audes: Indibili qui sponsam reddere captam

Nec dubites:cum lustra petis:dum scorta fluenti
Fœtida uesica noctuque dieque frequentans
Contrectas? ah uerte gradus.te siste ruentem.
Ac meliora probus iuuenis sectare.tuique
Fac similem talemque doma:respublica qualem
Inclyta te Venetum puerum celebrare solebat
Laudibus eximiis alios nam tempora mores
Ista petunt.superas annos iam puberis æui.
At neque corporei te confregere dolores
Robur membra tenet.ualidæque in pectore uires.
Et color & facies Paridem mihi lucida reddit.
Aspice:quos humeros latos ostendis:ut ore
Vtque oculis & uoce uiges.compage tenentur
Membra sua.qualem cecinit petiisse carina
Littora Colchorum raptorem uelleris Orpheus:
Talis & ipse uales formæ bonitate uirentis.
Verum age dic:rogito:quibus en uersare lupanar
Viribus ipse potes? melior sit comica Thalli
Nannion aut Phryne.quam nobilis uxor Vlyssei?
Num te fastus habet? nullam dignare cubili.
Vxorem Federice tuo per sydera demens
Factus es.elatum te reddunt otia nummi.
Et mala luxuries.hinc cari iussa parentis
Despicis.e tanta quaque urbs nitet ista micatque:
Nobilitae tuo nullam dignare cubili?
Oro:caue:ne cum præ temet despicis omnes:
Quamquis diues opum:quamuis sis pulcher & acri
Præditus ingenio: quamuis tua pectora claro
Tullius eloquio compleuerit:omnibus unus
Contemnare.caue:ne cum tibi nulla putetur
Te nunc digna uiro nupta iam dignus haberi
Nulla iure queas.uolitat pernicibus ætas
Alis nostra.& enim tempus ruit atra senectus
Ingruit & qui nunc fuerat lanugine prima
Conspicuus forma:subito languescit:& aret.
Lillia surgenti spectes rutilantia Phœbo

Que mox. experiaś dum uergit lassus in undas:
Defecere: color periit: uigor excidit omnis.
Nec mihi Xanthippen ullam. nec amice procacem
Obiicias: tanquam solum te malle quietem,
Dixeris: assiduas nunquam perferre querelas
Posse. uir egregius ridebit coniugis iras.
Quæ tibi præterea requies: cum patris & omnis
Vrbis. amicorum pateris conuitia semper?
Quare age. si castam scimus te degere uitam
Nolle sacerdotem: si corpus ad omnia pulchre
Compositum natura dedit: ne fastus in aures
Te populi Federice uehat. si bella forumque
Negligis & pelagus: saltem parere parenti
Perge pio. malisque uiri quam nomina mœchi.
Quinetiam insimulent: Qui cõiugis impius expers
Esse cupit: sceleri maiori obnoxius ille est.

FRANCISCI PHILELFI SATYRARVM HECATOSTICHON. III. DECAS.

HECATOSTICHA PRIMA.

IVre quidem pallate florentina uocare
Fœlicem teriq; solet respublica diuis.
Care piis: generiq; hoim mirãde p orbẽ
Iure tuis q magna minax iuadere liuor
Cũcta solet. meritis hũeros supat? iertes
Et dedit. & uictum ne se pudet ore fateri.
Si genus & proaui quicq̃ conducere possint:
Si uel opum cumulus fortunæ insignia lætæ
Fœlicem ualeant quenquam præstare: quis alter
Qua Thirrena patet regio: fœlicior unus
Te fuerit? natos adhibe natasque pudicas.
Adde simul generos. dulces simul adde nepotes.
Iunge bonas artis animi: cunctisque probatos
Viuendi mores & ad omnia nobile pectus.

ad pallante strozam prima

Iunge:quod a toto populo laudaris: & unus
Diligeris.populi sequitur te gratia uotis.
O te fœlicem.nimis o bis terque beatum.
Omnium lætis:si te modo noueris: astris
Omnia debentem.quis fortunatior alter?
Nil equidem de te uereor.sapientia nanque
Atque animi præclara tui per singula uirtus
Cognita quæque mihi.uerum qui rumor oberret
Scilicet obscurus: quæ uox emergere passim
Cœperit in uulgus:paucis aduerte:monebo.
Sunt qui uel gemitus:uel murmura parua notarint
Ducere te solitum.spectant faciemque colorēque
Et tristem uultum.macies quid denotat oris:
Quid pallor:dixere:nouus?quid signa latentis
Aegra animi uoluere sibi?dolet ille:quod auri
Millia tot tribuens in publica munera longi
Martis:adhuc nullum uideat consistere finem.
Inque dies potius uariis terroribus hydræ
More renascentis millena resurgere bella
Vndique prospiciat.nummorum in crimine ponūt
Iacturam.mærere ferunt:ne ex diuite pauper
Per fera longæui fias discrimina Martis.
Heu uulgi insanas mentes.sensusque rebellis.
Vsqueadeo minimi Pallantem ducis:ut ullos
Fortunæ trepidare putes plaususue minasue?
Vir sapiens nunquam fortunæ e nutibus ullis
Pendeat.ex æquo uariantem cernit utranque.
Omnia quæque hominum uitam mutantia turbāt:
Prouidet.& casum se fortem munit in omnem.
Durius est modice fortem perferre secundam:
Quam quæ aduersa fuit.sed quis Pallanta sereno
Fortunæ uultu dextrisque assensibus unquam
Aut magis elatum:uel se minus æqua ferentem
Senserit?an lætam modice qui pertulit:idem
Fortius infestam nequeat tolerare grauis uir?
Non priuata dolet sed publica uulnera Pallas.

Nec ferus Anguigeri.licet is sit in arma superbus:
Principis hunc terror quicquā mouet.ipse Philippe
Hoc plus Marte uales:quod in impia prælia mentis
Callidus ingenio potuisti immittere ciues
Hosce per alternos urbani turbinis æstus.
At nil arte iuuas.nam te concorditer odit
Hic omnis populus.cunctis metuendus haberis.
Quid furis effrænis?quo te tua fata ferocem
Præcipitant?dum bella cupis studiosus equorum:
Dum noua per Latias iactas incendia paces:
Omnibus inuisus tandem Mauortis in armis
Rerum humanarum reddes exempla subactus.
Dum cadis:insurgit:uiresque resumere uictus
Arte potes:ceu magna parés quem terra superbum
Aedidit:Antæus.sed ne te ceperit error:
Hic ferus Alcides Augusta presidet arce.
Hic puer assuetos diros compressibus anguis
Perdere:& horrendos claua superare tyrannos
Grandior:& toto passim metuendus in orbe
Mille suis domitor submittere monstra triumphis.
Nil dux magne facis .nec te dissensio quicquam
Hæc iuuet.in medium de te discordia certat
Quo trucius perdare modo.decreta feruntur
In te dura quidem.quæque in te tristius una
Factio decernat:stabit sententia tandem.
Dum licet:& nondum penitus ruis:acer ab hoste
Marte redi.fœdusque feri.pacemque tuere.
Et si bella cupis:raperis si laudis amore.
Aspice.uerte oculos.sunt oh sunt barbara circum
Agmina.tot populi.tot regna.tot undique gentes:
Quas Italum imperio mira cum laude parabis.
Non igitur tibi Stroza doles: que millia solus
Ipse auri dederis:quot uix pars magna dedisset
Diuitis Ausoniæ.cuncto tibi ditior auro
Est animus:quem celsa potens atque inclyta uirtus
Et colit:& rebus maiorum reddit auitis

Omnibus.ipsa monet:nequid uereare tremendum.
Nam satis esse tibi.si se modo rite sequaris:
Præsidii:quod nulla queat fortuna mouere.
Seditione doles:quæ uexat dissona ciuis:
Iure quidem.quis enim non mæreat optimus urbis
Ciuis damna suæ? uerum dolo ipse quid inquam
Vtilitatis habet? potius solet improbus ægram
Mentem adeo turbare premens:ne tristis agendis
Consulere in medium quicquam queat utile rebus.
Quare age ne cuiquam fœlix minus ipse uideri
Forte queas æquusque minus gratusue benignis
Cælicolis.depone sagax gemitusque grauesque
Cum facie uultus pallenti & murmura quæque.
Nam qui se superat:meruit diuinus haberi.

¶Hecatosticha secunda

QVæ rapidis natura polis:quæ causa sepulchri
Humano generi:quæ tanta licentia rerum:
Spumātis inter pateras Cereremque uocaré
Ostensurus erat Codrus:cum grande pepedit
Rancidulum eructans post longa uolumina uerbū.
Hunc mox Oenepotes miratus:rara profator
Rara auis ah Latia Phœnix hic peruolat urbis.
Hinc uomit.& merens graue cunctis reddit oletum:
Poggius arridet:simili dum peste tenetur.
Nam quascunque dapes affert:ut uerna can opi
Prælambens rapidus.uino sese.obruit hospes.
Laudibus hinc miris effert Codrumque bonumque
Oenepotam Nicolum.mox ne fortasse minoris
Se quisquam reputet:quod sfœtet olentius:addit.
Quid non cara dabunt & tuta silentia pronæ
In facinus menti? nox alta silentia rebus
Præstiterat:celebrant sacra Bacchanalia templo
Cylleni nec forma deest impuberis æui.
Hæccine Bambalio patrare impune profanus
Sperasti? te nulla mouet reuerentia cæli?
An ne deos latitare putas:quia tardius inte.

Fulmina sæue micent? uidet omnia Iupiter. alto
E. solio spectans pœnas in tempora differt.
Datque moram spaciumque tibi: quo tristius acti
Pœniteat sceleris: teque ad meliora reducas.
Seræ autem pœnæ grauior cruciatus inhæret.
Munde die medio cum de uirtute iocaris:
Dulcis es. & nullo feruore libidinis actus
Reiicis in noctem curas Veneremque nefandam:
Fontem imitatus eum: qui solis dicitur. o te
Fœlicem nimium: si serues semper eundem:
Nec partem uitio de te concesseris ullam.
At me laudis amor stimulis en uexat amaris.
Vin laudem noméque tibi titulosque parare?
Virtutis sectare decus: moresque probatæ
Mentis: & ingenii præstantis acumine claris
Ingenuasque artes: animi fomenta beati.
Omne igitur sceleris quatiam: frangamque ligamē.
Nec satis id fuerit: uicium quod fugeris: almæ
Ni probitatis opus penitus complecteris. euge
Laudatos imitare uiros. rectamque capesse
Viuendique uiam: & qua mox super astra uolatu
Carcere corporeo liber tollaris: ouantem
Atque triumphantem laudem uirtututis & actus.
Nil animo leuius: nil est properantius. auras
Aerias facili penetrauit & æthera saltu.
Sique sui similis: sique incorruptus inertes
Despiciat terras: cælum rimatus & omnem
Naturam specimenque deum legesque tonantis
Gaudia quanta geret quid prodest fabula surdo?
Plumbeus es: nullamque tuæ cognoscere mentis
Vim potes: utque deum. sic te nequissime nescis.
Quid tibi sanguineis adeo tua lumina guttis
Lyppe rubent? thasiæ lætaris nectare uitis?
Quidni. nonne bibunt ipsi sua regna tyranni?
Nempe. caue: ne te deceptus imagine Bacchus
Immemor ipse sui locet inter sydera raptor.

Quis te Lyppe neget fœlicem? coniuge mundus
Te facit audacem.regem te reddidit uxor.
Valua maris summi specus o spirantis auerni
Styx Ditis sacra focis: syrtisque profunda
Vnde tibi tantas fudit Venus aurea uires.
Tu potes ardentem per mille pericula Martem
Rætibus occlusum diuis monstra uocatis.
Te duce fulmineum ualuit Cleopatra madenti
Victorem uicisse thoro.te sæuus adorat
Alcides.te Pluto colit.te Cerberus horret.
Te duce Lyppus iners nomenque decusq; senatus
Mundo auctore tenet: meruit subsellia celsus
Scandere: perque omnis ferri spectatos honores:
Fæce satus multo redimitus tempora cornu.
Omnia Munde tibi cedunt.quin Iupiter ipse
Qui quondam Enceladū Coeumq; ferosq; gigātas
Strauerat: en loculis submittit fulmina plenis.
Attamen uxoris te seruum lyppus habere
Exultat.seruumqne uocant iuuenesque senesque.
Liber enim nemo est: nisi cuius libera nullis
Cæca libidinibus mens seruit: cuncta doloris:
Cuncta uoluptatis uanique agitata timoris
Prælia perpetiens.is solus liber & omni
Rege quidem maior: sibi qui liberrimus unus
Imperitare potest.sola pietate uocandus
Liber & altus eris.tibi qui assentatur in omnes
Fœlicem appellat.miser es.mihi crede: uel ipso
Momine fœlicis: uitiis qui mille laboras.
Nam miseris tanto facilem te promptius addis:
Quo magis atque magis tua te constantia reddit
Obstrictum sceleri.non is te diligit: aurum
Qui sperat: qui poscit opem.quin ridet & odit.
Nam qui usum potius quam rectum spectat: amicus
Esse nequit.uerum delectat gloria.laudor.
Stul tus es.en scurræ blandis te laudibus offers.
Nec te contemni.nec te per pulpita sentis

Ridiculo duci:quantum is te rideat:uncæ
Ostendunt nares.nullius at ipse fauoris
Os renuam.sapiens si forsan fauerit.illa
Vera quidem laus est:quam Laudatissimus ipse
Laudarit.non hanc Codrus turpissimus:Vtis
Non hanc præstiterit:non hanc:qui semper inhæres
Bambalio pueri natibus carpitque probatque.

¶Hecatosticha tertia.

Horrisone in portu pulsant Aurispa procellæ
Hoc nos:quem multo fugisti callidus astu.
Fortunate quidẽ:quẽ principis aula superbi
Celsior ad magnas res extulit.o mihi talis
Si contingat herus.malim seruire.iugoque
Perpetuo uinclisque premi:quam liber in omnes
Crassi diuitias admitti protinus hæres:
Si sit opus tantos me semper ferre tumultus.
Tam duras tolerare uices.tantisque periclis
Obiectare caput.quid enim non audeat ira?
Quid mea mi prosit uictoria?nulla quietis
Aura datur lætæ. quod finem turbida passo
Esse reor uictor:mox ad maiora paratur
Prælia.nonne aliquis deus hæc certamina tandem
Finiat?& requiem fesso pacemque reponat
At si forte roges causas Aurispa laborum:
Ambitio est & liuor edax.& cæcus habendi
Insanusque furor:scelerumque obprobria mille:
Nanque alii quorum crebræ uariæque phalanges
Excedunt numerum:puerorum semper amores
Obscœni exardent.hos dum pro munere damno:
Ac modice tetrumque nefas coitusque prosanos
Execror: exitium nobis pestemque ministro.
Ille ad auariciam dum pectus uertit & auris:
Pollicitus etiam donisque mouetur amicus
Dictus.inops animi uisoque domabilis ære.
Auri dirus amor.nummorum sacra libido
Ire per omne nefas facinusque per omne reuolui

ad Johãnem Aurispam

Cogis.amiciciæ dissoluens dulce ligamen.
Hinc ruit impurus liuor.turbaque premitque
Impius.innocuum calamo linguaque procaci
Dilacerat:pestis:qua nil mortalius usquam est.
Inuidet Oenopotes:cuius færalia monstra
Nota tibi:cunctos carpit doctosque probosque
Benuenuta tuæ Nicolus solamen hiantis
Vesicæ:magnumque meri & memorabile nomen.
Inuidet & Codrus:cuius mihi callidus omne
Ingenium quodam memorans dum rite monebas:
Insidias & mille dolos fraudesque cauerem:
Mirabar mecum:& talem uix esse putabam.
At superat tua dicta fides certissima.turpis
Vita hominis metusque malæ experientia & usus.
Oenopotes & Codrus iners & Poggius amens
Nos adeo semper rabido liuore fatigant:
Vix ut luce frui liceat:quos passibus æquis
Semper Hypocritius iuxta comitatur inhærens:
Tristis Hypocritius:cuius fera pectora nobis
Finxisti penitus:superi quem fulmine perdant
Prodigium horrendum.nostri contagia sæcli.
Ast alii quos sæua mouens instigat & urget
Ambitio:tumidi elati fastuque superbo
Ridendi castas certant contemnere musas.
Ii nummos statuere deos.ni plena quadrantes
Arca premat dixere tibi:fuge pauper.& hinc te
Proripe.& eloquium tecum moresque referto.
Oh hominum demens ac dira insania.fuluum
Virtuti ingeniique bonis præponimus aurum.
Pulchre igitur uir amice meas dum forte tabellas
Suscipis:in portu quæ nos innare monerent:
Rebar enim requiem nostro peperisse labori:
Subdideras mihi uera canens:uerum iste procellas
Tales portus habet:qualis uix ponticus ullas
Maiores aquilo crepitans pepulisset ad artum
Bosphoron:aut Cretes permiscens Eurus harenas.

Nulla quies animo. crucior noctesque diesque:
Atque adeo crucior: uix ut me noueris. annis
Iunior ad senium rapior. per tempora cani
En subeunt. macie languescit corpus. & omne
Membrorum sensim robur perit. o mihi talis
Si contingat herus: qualem tranquilla parauit
Fors Aurispa tibi. quis te fœlicior alter?
Nos autem spumante salo iactamur. & undis
Tristibus obruimur. nimbisque inuoluimur atris.
Non & enim nos portus habet tranquillior. Arnus
Fluctibus assiduis & turbine tollitur horrens.
Hinc nos Scylla rapit terrens latratibus auras.
Scylla procellosis rabie stimulata furenti
Cauribus & fœdis. alto sub gurgite monstris
Nititur acre fremens immergere. sæua Charybdis
Inde trahens furibumda comis funesta minatur:
Vincimus. & palmã clarosque ex hoste triumphos
Vsque reportamus. uerum hæc tam crebra periclo
Subdita multiplici grauis est uictoria. malim
Ignotus. modo des requiem: ac inglorius annos
Degere: quam priscos fama superare Poetas.
Aut lingua insignis: aut quauis laude superbos.
Quare age siquid habes: aliquid refer obsecro. fidi
Consilii in medium. potes id. nam memte quietus
Qui fuerit: quid opus facto sit: nouit. ad ipse
Pectore turbatus. nequeo discernere: quæ nam
Sit capiunda magis uia nobis tuta salutis.
Fluctuo nanque animo. reputans discrimina mecũ:
Quæ modo uix demum superarim: littora qualis
Qui medio in fluctu pendens tamen attigit: altum
Respiciens trepidos sentit sub pectore motus.
Hasce ego dum cupio turbas euadere: & uxor
Hinc subit: hinc nati. reliquusque domesticus usus:
Quid faciã: haud quaquã satis internoscere possim.
Nũc prẽmitur. quis pande. greges pascẽtur ĩ agris?

Hecatosticha quarta.

RElligio quæ uera deo debetur & illis:
Qui se cũque dei similis uoluere per omnes
Vitalis auras :in multis uana uidetur
Facta superstitio.quæ nobis cura.superni
Numinis aut cultus? qui nos malus obtinet error?
Nec solum assiduis precibus nimioque litato
Sanguine cælicolas obtundimus:usque petentes:
Muta superstitibus præstent ut sæcula natis
Ac reliquis:quorum dat nobis longa peremnem
Vita uoluptatem:qnin & qui luce carentes
Aeternas meruere pati sub tartara pœnas:
Iisce superstitibus tanquam cælique colonis:
Insuper & uiuis diuos prestamus honores.
Hinc perit Elpenor.Misenus & omne cadauer
Supplicium patitur:cunctis in dira uocatis
Sacra satellitibus:cæli quos astra fugarunt.
Ille igni uentura uidet.tu nubibus.alter
Perspicua diuinat aqua :pecudisque reclusa
Viscera uaniloquos agitant in carmina uates.
Tellus multa canit.sed somnia plura.sinister
Est oculus testis fore:quod prædicimus.ecce
Dexter agit motum.ueniet tibi protinus hospes.
Suspicito:quo flectat iter Phœbeius ales:
Qui sit gestus auis:quæ uox:ubi garrula cornix
Insideat.num bubo gemit? lupus intrat in urbem?
Atros disce dies.supera pede limina dextro.
Quinetiam magna ui carmina astra mouemus.
Sistimus & fluuios.dulcis agitamus amores.
Pellimus insidias.terrisque recludimus aurum.
Ne te pestis atrox:ne torrida febris inurat:
Vrina sub fronte crucem tibi ducito trinam
Virginis innocuæ.mox ter spue.terque iacentem
Terram tange genu.ter surgito rectus.& ora.
Si tibi torminibus uacuos uis reddere natos:
Hos ralla uestire para crassoque cucullo.

Ne tibi sit coniunx.quam ducis:adultera:tinge
Inguina melle domans & clunes sparge falerno.
Magna suum si uis tibi fiat copia:pinguem
Perge suem latis suibus donare Viennæ.
Sed quid opus multis? uix est:qui curet honestum:
Cui deus ante oculos pateat:cui Christus in ore
Idem & mente sonet.simulant sermone publico:
Quod secum ridere solent.uænalia passim
Sacra patent.nihil est pretio siue dulce nec æquum.
Quur igitur quisquam miretur homuncio:tantas
Si patimur clades:facinus quos omne gubernat?
Num Christi colimus:qui Christi nomen & oēm
Exosi uitam probrumque per omne uoluti:
Nil magis horremus:q̄ quod sibi Christus amauit:
Nomen egestatis? quin omne decusque bonumque
Quod sibi proponit:qui religiosus haberi
Nunc uelit & sanctus:fuluo splendescit in auro.
Mulla sacerdotem uehit huncq quam misit Iberus:
Candidor Gypso.moli uelocior aura.
Hunc sonipes:cursu cui cedere Cillarus ipse
Non dedignetur:Timarchus sustinet illum:
Hunc Lais.proh sūme deū pater atq; hominum rex
Que te tanta tenet nostri patientia sæcli?
Hosce sacerdotes pateris:quos guttur & inguem
Famosos reddit:quos uique minisque uereri
Cogimur? hosce uidēs pateris? nec fulmīa torques?
At uos qui uera sub relligione manentes
Quicquid terra colit: contemnitis:oraque semper
Tollitis in cælum meditantes dulcia uitæ
Premia uenturæ:tanquam sors fœda iacetis.
Sed ne diliri uos turbet opinio uulgi.
Vulgus enim semper male iudicat.omnia uertens
Peiorem in partem.recta ratione uacantes
Nunquam sana tenet sententia.talia fari
Quisque solet:quali sit mentis præditus usu.
Qui bene se nouit:bene de se iudicat ipse.

chris/um

Nec se fallit homo:qui nullam ponit in imis
Spem rebus:ductuque dei gerit omnia sollers.
Tu pater omnipotens cæli terræque creator.
Quem colimus:quicũque.tuo quo sanguine culpã
Elueres nostram:mortali carne petisti
Humanos populos simul idem uirque deusque:
Cuique superstitio uitam damnata per omnem
Dispicuit:qui rex summus summusque sacerdos
Subtenui cultu.fastus exosus & omnis
Aspernatus opes.docuisti moribus ipsis:
Relligio quæ uera esset:qua lege colendus
Placandusue fores:deus optime maxime uirum
Omne tolle malum.mortali cõsule damno.
Nostra nimis stulta est prudentia.fallimur ultro.
Optamusque mori Phlegetontis ad ima ruentes.
Nil sapimus sani.de nobis ille triumphat
En tuus hostis atrox:cui uersutia mentes
Millibus humanas deprauat cauta uenenis.
Nos & enim falsæ pietatis imagine fallit.
Impius ad ritus redigens humana profanos
Pectora seductor.cæcorum culpa parentum
Si potuit.nostræ moriturum iungere carni:
Quæ te pœna manet:si te doctore scientes
Cernentesque oculis:quid sit rectũque bonumque:
Sponte nefas colimus? quare ne forte secundum
Supplicio maiore petas horrentia Ditis
Tartara ferales ritus moresque nefandos
Tolle sacerdotum:quorum genus omne malorum
Multa superstitio miseris mortalibus addit.

¶ Hecatosticha quinta.

Ad Federicum secunda

DVxisti tandem tibi quod Federice beato
Gratulor:uxorem.quid enim fœlicius nlli
Esse potest.quam se mortis fatique uoracis
Expertem præstare uirum:mœtamque potentem
Quam Parcæ statuere:leui transcẽdere gressu?
Parte prius meliore tui.quam maxima uirtus

Erueret cœni cunctis e sordibus huius:
Immortalis eras.at corporis artibus.omnis
Quod patitur natura hominum:morerere.necesse
Tum fuerat.sola qua re uel corpore quisquam
Vixerit æternos nunquam periturus in annos:
Coniugio interitum superasti prouidus omnem.
Viuimus in natis . nostrumque per alta nepotes
Nomen sæcla ferunt.nobis ascribitur omnis
Posteritas nostro referens de pectore uultum
Ac faciem motusque suos & membra cutemque.
Fare age:quod peperit natos tibi nupta marito:
Et quos.non & enim quales disquirere duco
Esse opus.eximios peperit.claro ipsa parente
Nata.uiro nupsit claris genitoribus orto.
Sobria prudenti.cunctos deus ipse sagaci
Mente simul donat:ratio cui cuique superbus
Intellectus adest.ratione modestius usi
Inferiora sciunt:quæ tempore ducta gerantur.
Ast illo æternas penetramus in ætheris oras:
Atque deum sapimus:qui cuncta creatque regitq3.
Pulcrum scire quidem:sed longe pulchrius ipsum
Est sapere.hoc tanto præstat diuinus illi:
Quantum summa solent imis:æterna fugaci
Temporis officio:quantum mansura caducis.
Sed quoniam uirtus non est.ni accesserit usus
Multus & assiduus:nobis perfecta superni
Lege tributa Iouis:natos Federice diurnis
Nocturnisque para monitis componere uitæ
Ad mores studiumque probæ. face quicqd agendũ
Sit:norint:& agant.fugiant uitanda.timorem
Nec præferre uelint laudi.Veneremuẽ Dianæ.
Aut Alcibiaden studioso legis & æqui
Iuris Aristidi.mox altius astra polosque
Rimati penitus.mira pietate tonantem
Maturent adiisse:colant:uenerentur:adorent.
Nanque bonum non est hic nostrum.sola profecto

Maiestas præstare potest nos illa beatos:
Quam fari nemo:quam nemo mente suprema
Complecti Federice ualet. quid Phasidos ora
Ille celer. Tanaˆnue petit:speciosa Damascus
Hunc agitat Nilusque latens? quid sæua Britanno
Terra habitata truci. Pelagi per mille pericla
Sollicitat? quanta oh miseri dementia. quantus
Heu furor humanas! proh quanta insania mentes
Inuasit. cumulamus opes:quibus omne prosanum
Per facinus probrumque usi pereamus. honores
Appetimus:quos uulgus iners atque inuida falsis
Iudiciis plebs ferre queat. contendimus omnem
Imperio domitare orbem. penitusque repostas
Quæ nihil obfuerint:nobis submittere gentes.
Nec pudet imperio populos frænare quietos
Qui uentri somnoque datus turpique Dionæ
Nequiciisque aliis. nequid ipse nefandus & amens ne quit
Imperitare sibi:nec uult. færalis Erinys
Corda premit stimulis:facibus fera pectora turbat
Dedecus omne audet mens perturbata nefasque.
Hæc facito discant:siquos Federice pudica
Natos sponsa dedit. quod si fæcunda gemellos
Nondum forte tibi peperit:nec plena uel unum
Reddidit:in fundum geminis age bobus aratrum.
Et fundum cole rite tuum. iace sæmina plenis
Hinc atque hinc manibus. fũdũ cole. consere fundũ
At seruato modum. cunctis in rebus habenda
Est ratio:nequid nimis. ipsa frequentius æquo
Culta seges:nullam reddit nec concipit escam.
Hactenus hæc. Federice queri dulcissime musas
Audio:quod ueteri nullius criminis ansa
Ieceris hospitio:nec eas dignare precantes
Miror:& ignarus. quid te rationis in istam
Impulerit mentem:nequeo. tibi uera fatebor:
Consilium laudare tuum num laudet amicus:
Quod minus ipse probet? facit assentatio turpis

Tale nefas.nunquam hic nouit ſimulare poeta
Diſſimulare nequit:nec uult.num corporis hæret
Cura tibi? fortuna boni quid perfida tantum
Polliceatur:ut ipſe tui uelut immemor.omnem
Ignorare tuæ mentis uidearis honorem.
Vimque dei ſimilem? reuoca Federice fugatas
Pieridas:Phœboque graui lætoque Lyeo
Sacra canens dias animi cole dictior artes.
Nec patere ingenium.tibi quod natura benigno
Sydere largita eſt:ſtudiis torpeſcere uanis.
Bella gerant alii:uerrant mare.flatibus auræ
Ducantur.præſint aliis.& Laida palpent.
A tu uiue tibi.titulos & nomina falſis
Inſignita notis.& quicquid corpus ineptum
Aut fortuna bonum cenſet:contemne
nec exterius te quære ſed intus:ubi mens
Celſa ſedens animi diuinam poſſidet arcem.
Sic patriæ magnum ciuem præſtabis.amicis
Præſidium columenque tuis eris omnibus ingens.
Atque ubi depoſitum repetet ſibi rector Olympi:
Non moriere tamen.uiuens in laude tuoque
Perpetuoque bono.fœlix nobiſque tibique.

Hecatoſticha Sexta.

ANtoni pereat:quæ te cruciare podagra
Nunquā ceſſat atrox:dū triſti ſeua dolore
Per gracilis uenas ſpatiat̄:& effera nodos
Obſidat indociles.pereatque Arteticus omnis.
Quæ tibi piruitæ glacies.biliſque perurens
Inſidiaſque doloſque parat? potuſque cibique
Eſt menſura tibi.Venerem contemnis inertem.
Non adamas ſomnum.non otia mollior ambis
Quæ duo ſunt homini naturæ lege tributa:
Inuigilans aliquid ſemper ſpecularis:agiſue.
Vnde igitur uis praua tuos irrumpit in artus

Antonio Randensi

Num Dæmon fortasse aliquis liuore maligno
Percitus affligit:nec te sinit esse quietum?
An potius nostro uis cæli maxima sæclo
Prospiciens.robur totius corpori unam
Contulit in linguam:quæ nectare dulcior omni
In medium promat mentis secreta repostæ:
Sensaque doctiloquo referat manantia rore?
Nam si membra suo uiguissent robore quæque:
Non fueras nobis ullius carmina musæ:
Sed fera Mauortis furibundi bella daturus.
Nanque caput galeam quã non tibi grãde capessat:
Quem thoraca leuem surgentes altius ipsi
Non ducant humeri? clipei septemplicis omne
Læuatoris contemnat honus. nõ cornus in hastam
Sed pinus uertenda fuit:si dextera tælum
Vellet magna suum. sunt pectora lata leonis.
Est ceruix taurina tibi? quid multa? gigantã
Corporea dum mole refers:non otia uelles
Libera.nam timidæ deposcunt prælia uires.
Nec uirtus urbana tuum:sed bellica pectus
E latum caperet:quæ dum deus ante uideret:
Vt reor:idcirco totius corporis uni
Addiderat linguæ robur uiresque potenti:
Quod bene consultum musis.laudique latinæ
Censeret.uerum ni fallor:abuteris omni
Munere diuinæ mentis:qui tanta laborum
Et studia & frugem Raudensis inertibus aluis
Des simulatorum.roseum num forte galerum
Cardineumque apicem reris contingere uotis
Posse tuis:si pulchra sacris de rebus auaro
Dones scripta gregi? quotus en nã quisq; suprem
Vel solium tenuit:qui Phœbum præferat auro?
Dii utinam faciant:aliquis sese offerat olim:
Quem dignum censere queas:cui scripta dicanda
Sint tua:quem laudes:qui iure ferendus ad astra
Ore sit & calamo.uitium qui laudibus effert:

Se uitii damnat.uulgus fuge doctus ineptum.
Diuitiis age parce tuis:ne prodigus almas
Dum consumis opes in uulgus munera fundens
Tanta superbiferum:merito sis omnibus æque
Ridiculo.nam nullus honos tibi.commoda nulla
Edonis uentura tuis te iure probarint
Incautum.nec enim roseus tibi pilleus ornet
Cæruleusue caput.nam nec dare nouit auarus:
Qui prædæ iuuigilat semper turpique rapinæ.
Pontificum fastus uentosaque nomina temne
Atque tuo contentus obi tua munera.cui te
Addideras iuuenis uitæ laudatus honestæ:
Hanc cole.sisque minor magna uirtue uerendus:
Quam uirtutis inops aliorum crimine maior.
Præterea fortasse aliquem demittet Olympus:
Quem doctrina iuuet:cui sit laus optima curæ:
Qui quandoque probis statuat sua præmia censor.
Aequus & humanus:qui non tam dicier altæ
Sedis apostolicæ malit:quam uerior esse
Antistes.nam te cupias quocunque locabit
Ordine:qui meritum reddet pro munere donum.
Interea mecum libeat conferre dsertos
Sermones sensusue grauis.age dicito qualis
Est natura poli.Samii quid mobilis ille
In nobis ualeat numerus:quæ causa sepulchri.
Si dulcis iterum repetant morientia uitas:
Præmia uel pœnas uiuis augescere uerbo
Cum liceat nutuue dei. nam uita perennis
Me magis ipsa iuuet quam uicta reddita morte.
Narra etiam:quonam ipse magis laterumue pedũue
Torqueris gladio quænam medicina dolori
Additus.an ne aliquid uel mollis opinio morbum
Dimminuit? num quas curas Epicurus agebat
Qui præsensque premensque malũ leniret:amœnæ
Dum iucunda memor repetit solatia uitæ?
An potius tecum nomen meditare futurum:

Quod tibi posteritas omnes celebrauit in annos:
Dum tua grandiloquus docte præludia mentis
Mellifluo sermone refers.exempla daturus
Mox ea:quæ cuncti stupeant iuuenesque senesque?
Nam quæ alis lætos successus dira podogra
Subripuisse solet:fœlix tibi contigit uni:
Sic & enim semper gressu nutante moratus
Aut aliena legens iterumque recenses:
Aut tua uenturæ commendas carmina famæ.
Eloquioque grauis augesque ornasque Latinos.
Quo fit:ut innumeris etiamque etiáque podogra
Te precibus ueneranda rogem:ne dulce relinquas
Hospitium nostri Raudensis.at utere parce:
Quæ datur esca tibi.nam sic quoque prouida doctis
Prospicias laudique tuæ.sed cætera quæque
Dispereat penitus manus irrequieta dolorum:
Raudensi quæcunque truces fera suscitat iras.

ℭHecatosticha septima.

I Te triumphalis Capitolia ad alta superbi
Ducite festiuo ciues modulamine currus.
Iam Pæana sacrum totam cantare per urbē.
Frondentique comas lauro uincite nitentis.
Pax rediit tandem magno discrimine parta:
Quæ sæua intercepta manu Mauortis iniqui
Vix postliminium nostros factura sub annos
Dulce uideretur.proh quanta incendia.quantas
Stragibus innumeris fusoque per arua cruore
Luctificas cædes.raptas cum uirgine matres.
Templa deum manibus passim uiolata profanis
Vidimus.heu quantas tellus tulit Itala clades:
Pax rediit tandem.diuam celebrate fauentes.
Solemnis agitate choros.agite ordine pompas
O ciues.rigidos ensis galeasque conantes
Et clypeos hastasque sacris affigite templis.
Ac Iani munite fores Mars impius omnis
Concitat.infœlix pereat Bellona furorque.

HECOATSTICHA.VII.

Poſtquam prima chaos ſenſit ſua ſæminá certis
Vix diuiſa locis:prior inter numina cœli
Noctis amor genitor fulgens apparuit.unde
Hunc ueteres diuum uates dixere Phaneta.
Omnia perpetuo firmat concordia nexu.
Quicquid amor iungit:ſæclum perdurat in omue
Pax æterna parat.pacem ſi forte deum quis
Suſtulerit:rurſum chaos omnia membra repoſcant
Ingenuas artes tranquillæ pacis alumnas
Iam colere incipite.incipiunt iam uertice Olympi
Aſtra nouas mutare uices.dum bella quieſcunt:
Herculeus Titana ferens in dorſa prementem
Surgere ab Eois Taurus uix cœperat undis.
Marſque citis gradibus ſuperans Chirona.rigẽtem
Te Saturne petit:quem nati furta latentem
Vrna tenet.miro ducuntur ſydera motu.
At tu magnanimo genitus de ſanguine & ipſe
Magnanimus.noſtri decus & lux unica ſæcli
Anguiger armipotens.belloque marique ſuperbus
Paci aſſueſce pius. Martis manſueſce feroces
Indomitoſque animos.claras pacatior urbes
Iam regere aggrediens ſagulum de pone.togamq;
Suſcipe.te populi ſeruent in pace frequentes.
O te fœlicem nimium nimiumque beatum:
Si ſortem moderare tuam.ſi forte Philippe
Magnanime heroum ſectari durius acer
Malueris nomen:quo bellum ardeſcis equoſque.
Siue iſtud natura tibi præſaga futuri
Seu caſus dederit:magnos tibi conſtruis ignes
Et toti Auſoniæ.totum prope flamiger orbem
Inuoluis:tumidoque premis diſcrima curſu.
Euentos dubios incertaque facteſecutus.
Quod ſi rite ducem rationem amplecteris ipſam:
Ingeniumque ſequare tuum moremque benigni
Principis:Italiæ populis orbique tibique
Otia & optatam cunctis peperiſſe quietem

Vſque reſurgenti late laudabere cantu.
Quuid maiora cupis?quid te magis æmula diræ
Fax laudis.feruorque uorax.igniſque futuri
Nominis incendit?ſatis eſt tua gloria cunctis
Nota.per undiuagum uolitas celeberrimus orbem.
Imperii traheris rutilo ſplendore micantis?
Maioriſue cupis uires urbiſque ſuperbas?
Aſt hæc ampla nimis:ſi te modo noueris ipſum:
Vnus habes toti uel formidabilis orbi.
Agmina clara tibi.pedes eſt tibi multus equeſque
Immenſumque uirum robur ualidæque phalanges
Vrbibus,iis princeps dominuſque paterque uocaris
Nulla;quibus toto nitet altera clarior orbe.
Nãque ut de reliquis ſileam:quæcunquæ reguntur
Auſpiciis ductuqne tuo:cui ceſſerit iſta
Vrbs Mediolanum:longe lateque per omnes
Illuſtris.qua terra mari circundatur:oras?
Quid Lygurũ memorẽ uires Genuamque potẽtẽ
Imperio æquoreo:quæ te ſuper æthera tollit?
Quid maiora petis?tandem per amœna quieſce
Otia.tranquillæ ſi te componere uitæ
Inſtituas:uateſque ſacros dulcique uirentis
Foueris eloquio.quos fœlix ædidit ætas
Noſtra uiros:omni memorandus laudibus æuo
Immortalis eris.quod ſi færalia bella
Vſque premas:pacemque neges:diſcrimina fato
Sæua iubis dubio.indomitam ferus Annibal urbẽ
Obſediſſe auſus.mutata ſorte fuganti
Scipiade ſua terga dedit:uiditque ſuorum
Funereas clades.urbemque patreſque uerendos
Romulidum.dare colla iugo.tua munera Pallas
Cecropidæ uicto modo Perſidos æquore faſtu:
Succeſſus dum ferre nouos ſortemque ſecundam
Contemnunt:temptantque ſua ſpoliare Corinthũ
Corcyra patrias perdunt cum ciuibus arces.
Pax rediit tandem.paci Florentia lauros

Pone ſacras.pacem firmo ſi robore ſerues:
Aſtræamque colas:qua nullum numen Olympo
Splendidius ſurgit:ſi tecum uiuere pergas
Et liuore carens.animis quem dira miniſtrat
Ambitio:atque odio.nimius quod gignit habendi
Ardor:apud cunctas merito celebrabere gentes
Fortunata quidem terris iucunda poliſque.
Sin ſecus ipſa uelis tibi proſpexiſſe:tumultus
Ciuilis patiere ſimul.rurſuſque Philippum
Horribilem experiere.deum ſic caſtra minantur.

Hecatoſticha.VIII.

ad regem alphonsum

Ex Alphōſe decus regū noſtræq; uerendus
Tempeſtatis honos te ſæcula nulla tacebūt.
Sola quidem uirtus illuſtri laude triūphat:
Fœliceſque facit:ſibi quos deuinxit alumnos.
At uirtute alium quem ſæcula priſca tulerunt:
Quem tibi præponam? quis te uel pace uel armis
Clarior? ingenio nullis mortalibus acri
Inferior.cunctos ſuperas in rebus agendis
Et ſtudio & cura.bonitatis nullius expers.
Hinc tibi coniūgis:quoſcunque feracior ulla
Erudiit doctrina uiros:reddiſque beatos
Affatuque tuo & dulcis moderamine uitæ.
Hac tu laude quidem ſolus ſplendeſcis in omnes:
Regia quos mundo faciūt faſtigia miros:
Quod legis ipſe aliquid ſemper:monimēta priorū
Noſſe quod & libros doctæque uolumina linguæ
Aſſidue curas:loqueriſque audiſque probata.
Deſinat & Gaius iam nos obtundere Cæſar
Et Macedum toti rex admirabilis orbi.
Scipio doctiloquus ſileat.ſileatque beatus
Auguſtos:quos fama canit celebratque deſertos
Ac doctos.Alphonſus enim rex optimus omnes
Laudibus his ſuperat:quos omnis protulit ætas.
Atque facis rex ipſe quidem prudenter:& ut te
Rite decet.nam quæ fuerit laus maxima regis:

Ni reliquos illis opibus præstare laborat:
Quas uis nulla queat nolenti.nulla potestas.
Non ætas auferre uorax? perit omne: quod usq̃ est
Orbe sub undiuago.sed mens manet oē per æuum
Ipsa animi uirtus humanis omnibus una
Externisque bonis.longe præcellere nouit.
Præterea ingenio comitem qui adiunxerit alto
Doctrinam ingentem:possit sapientius ore
Mellifluo dixisse palam:quæcunque fuerunt:
Quæ sunt:quæque dabunt uenturi tempora sæcli.
Atque sibi rebusque suis patriæque saluti
Prospiciat melius.quid enim graue carmen Vlyssis
Iliadosue potens. Aeneisue inclyta liquit
Rebus inhumanis:quod nō tetigisset ad unguem?
Si legisse uacat:Cicero quæ scripserit:aut quæ
Magnus Aristoteles & diui musa Platonis:
Nil te prætereat:quod sit tibi scire necesse.
Multa Solonq; Draconq; docet.iustusq; Lycurgus.
Res gestas quicunque suo studuere labore
Complecti:magno decorique usuque fuere
Regibus & populis,nam qui maiora secuti
Temnentes humana.poli potuere recessus
Aeternumque Iouem calamo scriptisque referre:
Perpetuis homines tenebris & nocte leuarunt.
Sic Alphonse tibi sunt omnia cognita.Iusquæ
Et fas quodque tenes.quod legis munus & æqui
Quæque sit officii ius nosti protinus omnis.
Hæc te mirandum faciunt cunctisque uerendum.
Fœlicemque probant.nec enim te uestis amœna
Sed regni decorat sceptrum. non gemma nec aurū
Te tollit.solus uirtutis cultus honosque
Te redimit gaudesque illis præsentibus uti:
Quorum dicta probes:quorum comitatus & usus
Sit grauis & dulcis:nec quicquam portet inane.
Hæc doctrina facit.suauis facundia linguæ
Has moderatur opes.solus tu e regibus unus

Principibusque nites:qui pulchre doctus & almo
Præditus eloquio doctos simul atque disertos.
Accersis.meritisque tuis morumque benigno
Hospitio reddis cunctis in rebus amicos
Affectosque tibi.non te qui scurra dolosis
Artibus alludit:non assentator iniquus
Te sibi conciliat.tua non patet auris inepto.
Talibus occurris:qualem te moribus esse
Noueris & uita.tenebras lux respuit omnes.
Nec patitur secum uitium coalescere uirtus.
Stultitiam semper ratio aspernatur.eodem
Nunquam stare loco pariter contraria possint.
Outinam tales reliqui.quoscunque uereri
Cogimur:ætatis præstare per omnia uellent
Sed decreta suæ/uerum secus omnia plures
Nunc faciunt.ducuntque bonis in rebus habendũ
Esse nihil prorsus:nisi quod uel commoda præ se
Aut iucunda ferat:uentri somnoque malæque
Addicti Veneri.facinusque per omne ruentes.
Hinc rapiunt spoliantq; truces.hominesque deosq;
Vna lege premunt.probro nec parcitur ulli.
Hinc genus humanum solio dum spectat ab alto
Ipse deum genitor rerumque æterna potestas:
Iudicat.& nulla turbatus bile furores
Comprimit humanos uario discrimine pœnæ.
Hinc cædes & bella fremunt.pestisque famesque
Ingruit.interitus non una sorte minatur.
Gratulor ergo tibi rex inuictissime:tanta
Qui bonitate uigens.sis culpa liber ab omni:
Sisque tui simus solidæ uirtutis imago
Nocte dieque deum tranquilla mente uolutans:
Quique inter reges doctrinæ laudibus unus
Eloquiique mices non secius:astra flagranti
Lampade.quam radians superat fulgentia Phœbus
Diligis & doctos.& diligis ore disertos.
At laudes Alphonse tuas docti atque diserti

Vocibus & numeris celebrantes tempus in omne
Venturis populis a Gadibus usque sub Eurum
Ostendent.nomenque tuum super æthera tollent.

¶Hecatosticha nona.

Ad franciscū pontanum

AEmulus Alcide repetis Phlegetōte subacto
Viuentis auras.sed eo magis Hercule nobis
Mirandus Francisce redis:quo cūcta furoris
Fræna mali.quibus immersum færalis Erinys
Te premeret:magnis nixus conatibus imi
Liqueris excutiens tristes Acherontis ad undas.
Nec pars ulla tui.quod nec tibi contigit olim
Theseu:pallentis erret malesana per umbras.
Integer ad superos Pontane reuerteris unus
Ac fortis composue tui.nec docta Sybilla
Nec uates laudis Circe sibi uendicat ullam
Partem huiusce tuæ.nullo pollutus acerbi
Vulneris ostento.nulloque Elponere.nullo
Miseno diris.addicto mortibus.amnes
Traiicis horrendo.Veneris clarissima proles
Aeneas atque ille
:iure tuæ laudi concedat Vlysses.
Victa morte redis tetros emensus hiatus
Terribilisque feras & monstra minantia luctum.
Quid tibi tunc animi fuerat?qui terror opacam
Erripuit mentem?cum uel per inane rotantem
Aspiceres alium mox Oriona uideres:
Inde nouem stratum per iugera uulturis escam
Vsque renascentem Tityon:rabidoque dolori
Tantalon addictum:mediis qui uinctus in undis
Dira sitit: ec poma ualens pendentia & ori
Mille per anfractus circunludentia.obesse
Esurit:hinc sæuo frustra cum pondere niti
Sisyphon:aut magni.totus quem exhorruit orbis:
Amphitryoniadæ tremuisses Herculis umbram?
Ille & enim diuum cœtus.susceptus Olympo
Per meritum pietatis opus iustosque labores

Circuit:& gaudet præsens in uota uocari.
Quod si tanta adeo callens miracula nostri:
Dic age:quas liuor:quas dira superbia pœnas
Pendeat:ut nummis inhians & pauper auarus
Aestuet:ut mendax crucietur:ut impius igni
Perfidiæ cultor sceleriue obnoxius ulli
Ardeat.adde:quibus tuus o plectatur adulter
Suppliciis.oh quanta reor discrimina Mœchis
Addita:quandoquidem ueteris uestigia flammæ
Detestaris amans mollesque cupidinis arcus.
Vidisti forsan tristes Eratosthenis umbras
Aut Clodi & Crispi noctes pensare per ignem?
An ne inter Mœchos & Cæsar & impia Lagi.
Infamisque iacet meretrix Cleopatra superbi?
Quid Paris?anne Helenen inuitam traxit adulter?
An uir ad Iliacas uxorem aduexerat oras?
Quidue Clytemnestram per pallida regna flagello
Aegistumque premit simili rex crimine flagrans?
Anne & Aristotelem cruciatus effera cogit
Pythias ad rigidos Herpyllidos excita mœchæ
Concubitu atq; notho?uersuta sophismata & artes
Rethorices rerum ac physeos doctrina latentis
Ingeniumque ferax uariique grauesque labores
Quanta uirum iuuere:minus quo sentiat ignem?
Num tuus Hippocrates qua uirgine dicitur usus
Vel duce uel comite:intempesta nocte pudicam
Compressit?medicosne iuuant dulcissima furta?
Verum age dic rogito:num te qui cæca ministrat
Tartara pertimuit:sibi ne spoliator amatæ
Persephones stygios tranasses feruidus æstus?
An mirata tuas uxor Plutonia uires
Isthmariam que lyram diuinaque carmina.uenis
Hausit amoriferos penitus flagrantibus ignes?
Anne cupidinei tam magna potentia tæli:
Quo cunctis.quibus ipsa potens natura creatrix
Concedit:rebus uictis & manibus Horchi.

Fortior Hippomacho.qui tris intactus ab ictu.
Aelius aduersos duro certamine uictor
Sterneret:ad superos iam tandem morte subacta
Mira laude ieris:nec Cerberus atra colubris
Colla triceps rabidis remeantis in ultima tollens
Fata tuum potuit robur temptare? cathænis
Ardua quin duris tractum per saxa.per amnes
Per scopulos.per mille sacri ludibria monstri
Denique per mæstas urges occumbere mortes?
Nonne igitur magno celebraberis Hercule maior
Inuicta uirtute.Erebi superare baratrum
Ausus & aligeri prosternere numinis iras?
Attamen hortari non te Pontane uerebor:
Omnibus ut cures studiis ac uiribus omni
Ingenio atque opera:ne te tremibunda secundum
Tartara demersum capiant. quandoque pericla
Nam repetita solent clades afferre supremas.
Parce tibi:moneo noli te credere cæco
Huic puero:quæcunque faces uolucresque sagittæ
Audacem fecere nimis.solet improbus omnes
Fallere.nulla fides in tam puerilibus annis.
Alludens nectitque dolos:ac rætia semper
Tendit & insidias.fraudes fuge doctus amoris.
Perdidit Alciden ac Thesea Piritoumque
Hic puer indomitus.fallacibus Orphea tælis
Transfixum truncat demū:mergitque sub Ebrum.
Nec solum extenuat corpus tabemque latentem
Inserit:at mentem quoq; subripit:atque phrenesin
Impius inducit: uim perturbatio tantam
Hæc habet:ut multos in se lœtaliter armet.
Qui uult esse sui compos nullique furori
Cedere:diffugiat flammas & uulnus amoris.

¶Hecatosticha decima

Ad rodrā

COdre nimis semper nos insectaris adulter.
Te nimis excruciat liuor malesanus & ardēs
Quod non oē queas odium tristēq; furorē

Mox explere tuum.si nostri nominis aura
Te miser offendit:quid non præcordia sæuis
Inuadas manibus:temptesque abrumpere lucem
Dire tuam?melior nulla est medicina profanæ
Inuidiæ quam mors:tibi quam si ascriueris ipse:
Laus meritis te digna tuis nomenque manebit.
Quid tibi nunc animos tollit?quæ tanta superbū
Te spes uane facit?num.quod fallacibus actus
Blandiciis nimium tecum sentire uidetur
Ipse Gorus?uerum nescis temerarie:quantis
Fluctibus obruitur:tibi quem promittis amicum.
Sunt huic bella domi non contemnenda:falernus
Quæ parat insanus:cum uino appota diurno
Vxor cuncta furens perturbat:& omnia rixis
Millibus implet atrox:cum penibus acta proteruis
Vndique conqrit mœchos:quibus improba gestit.
Hinc igitur.preceps Paphii quid numinis ira
Possit:nosse uolens.noctuque.dieque maritus
Seu foris absit agens:seu stertat:lectitat usque
Et longum & teretem Lactantion. ille beatus
Coniuge & illa uiro.longis redimitus uterque
Cornibus:ut ualeant satyros æquare fugacis.
Sanius ergo tuis rebus prospexeris amens
Atque tibi:si ponis opem quam fingis:inanem
In te omnem:ratione uelis si cautior uti:
Nec nobis semper studeas nocuisse:nec ipsi
Mox parias infamæ tuo tibi crimine nomen.
Nam quod summa quidem tibi confidentia solo
Ponitur in Cosmo:tua te spes fallat inertem
Denique.nam penitus postq̄ te nouerit iste:
Aduertetque:suam quam ficta fefellit imago
Eloquii mentem:quo te florere putarat:
Qui te nunc miris extollit uocibus:idem
Contemnat:damnetque suum quod fecerit error:
Iudicium de te:quis sis obtusior ipso
Plumbo.sed quid iest in nodis Codre:quod angat

Te male?si qua animũ stimulat pulcherrima uirtus:
Hanc cole:quæ similes pariat tibi debita fructus.
Non uirtutis amas laudem:sed diligis aurum
Atque ardes:quodcunque mihi respub lica grande
Præmit per pulchri decreuit grata lab oris?
Ast aurum quis te facibus.quibus ignibus urit
Improbe?si fulgor delectat:fulget Apollo.
Suspice:quam late radiis fulgentibus orbem
Lustrat:& obscuram quo pellit lumine noctem.
In mentem si Codre tuam.quæ terra tenebris
Tota nigret.Phœbus supera demissus ab arce
Descendat:fies auro fulgentior omni.
Nunquid amas precium?num uulgi decipit error?
Non aurum genuit pretium sibi.fecimus ipsi:
Quorum sæpe decus deprauat opinio rerum.
Non auri pluris Gosandis lamina duci
Nobilis Eois quam ferri fertur & æris.
Quodq; magis mirere:Debas gens Herculis ho spes
Nullo habet in precio:quãq̃ stagnantia campis
Flumina noctifugis sulua despectat harena.
Recte igitur Sparten qui cinxit lege:Lycurgus
Prætulit argento:fallaci prætulit auro
Vile etiam ferrum.nihil est preciosius ipso
Ingenio:quod rite bonas incedit ad artes
Calle suo.linquens ignaui murmura uulgi.
Hoc morbi fatique uices contemnit.& omne
Tempus agit fœlix.huius super æthera fama
Euoluat cœtum miris excepta deorum
Laudibus.hoc meruit diuinos Phœbus honores.
Mercuriusque nepos Atlantis.& inclytus Atlas
Ipse simul:mundum qui certum primus in orbem
Retulit ignaris mortalibus.inde secutus
Amphitryoniades humeris dum gestat Olympum:
Claruit in terras longe splendentior omnis.
Hespere.qui patrium montem superaueris astra
Spectature:uolas uentorum turbine raptus:

Attamen & terræ seruant & sydera nomen
Clara tuum, noctisque uenis lucisque diurnæ
Nuncius. innumeros possim memorare: uetustas
Quos coluit uenerata deos ob nobile tantum
Ingenii quod amasset. opus. sed numina celsi
Ne uideat ridere poli: tibi quare Thaletis
Ingenium Samiique ducis uideatur. & omnis
Inde fluens bifido fons flumine lacteus almas
Tot riuis undante animas? quid sacra poetas
Nomina commemorem: quæ nullus deleat unquã
Interitus? Cicero nunquam morietur. & æuum
Omne canet celebris repetens Demosthenis annos
Sunt aliæ atque aliæ magnis cum laudibus artes:
Quas coluisse queas: tibi quæ nũmosque decusque
Inuidiæ sine labe ferant. Has Codre labore
Ingenio si forte cares: ubi nocte sequaris
Atque die: uictor demum potieris: & aurum
Quod tam dira sitis: pleno tibi cælitus imbri
Depluet. ac nobis cupies liuore solutus
Iam tandem nocuisse minus: pendebis ut omnis
Ex tete qui ponit iners in fraude, doloque
Insidiosus opem: laqueos & retia tendit
Ipse sibi. uitium fucus quod condidit: ultro
Detegit illudens simulato flore colorem.
At uirtus eadem semper splendetque uigetque.

FRANCISCI PHILELFI SATYRARUM HECATOSTICHON. IIII. DECAS.

HECATOSTICHA PRIMA.

QVod fore iãpridẽ rebar: dũ mũde regẽdũ   ad mũdũ
Te placidæ totũ fortunæ cæcus habenis
Tradideras: uenisse uides. en captus ĩ atro
Carcere fæ rales cruciatus mortis & ignis
Expectas: ubi ponis opem? liquere sodales

Et comites.socii nulli tibi:nullus amicus
Est reliquus.te cognati carique propinqui
Deseruere tui.fortunæ uela sequentes.
Quod si te potius quam nummos ullus amasset:
Non modo non fugeret: sed cominus ipse periclis
Obuius obiiceret sese.neue tæla nec hostes
Horreret legeretque tuam præferre salutem
Quisque suæ memor officii:quodcunque tulisses?
Sed quoniam cunctis fueras malus:omnibus æque
Infestus:nullamque nisi sub fœnore uelles
Spem statuisse tibi sentis: ut & omnibus una
Sis odio:cædem & populus cædemque senatus
Aequa lance tuam decreuerit.omnibus unus
Stroza uirum Pallas mitissimus obstat:& idem
Cui tu sæpe malum fecisses:crimina damnans
Auxilium tibi ferre tamen non desinit.at tu
Conscius ipse tibi scelerum.quæ multa patrasses:
Non cessas tremuisse necem .nusquamque reponis
Spem miser.humanis quisquis confidere demens
Rebus auet:Mundum uideat:qui summa superbus
Dum tumet:& pedibus leges ac iura proteruis
Subiicit.elatus solis.quas furta rapinæ
Quas fœnus peperisset opes:desertus omni
Auxilio meritas formidat pectore pœnas
Quid facis o Palla?quo te clæmentia cursu
Præcipiti culpanda trahit?pater optime Mundo
Ignouisse paras?nescis portenta:latronis.
Immani quæ mente latent: secum ne uolutet
Quam bene promeritus fueris?gratesne referre
Forte uelit:qui triste nefas æquique bonique
Edidicit pensare loco?iam desine Palla
Decretam prohibere necem.sine legibus uti
Afflictam patriam Mundum qua mente relegas?
Augescent animi.corrupta plebe redibit
Sæuior in patriam.quid enim mutabile uulgus
Non faciat positum sceleri modo uiderit aurum

O utinam potius nunquam pressisse furorem
Nobilitas rabiemque tuam cœpisset:& ultro
Præcipitem ferri te Munde tulisset inulta:
Nam nocuisse minus temptasses.excitus ira
Quis miseram facibus rediës quibus ignibus urbẽ
Inde premas? uno cunctos hominesque deosque
Ordine:qui Libycas superas feritate leænas.
Insecteris.atrox.& fœta sæuior Vrsa.
Reddiderat Samnis uictori sana petenti
Consilia.hæc natus dum negligit.utile ducens
Id magis:imprudens quod secum inueneras ipse
Tandem nouit inops mentis:sententia falsum
Quam sua se tulerat:cum iam sibi nulla medendi
Vix foret.euentu doctus.uel uincier hostem
Morte uel officio:nos hoc ptæponimus illi
Munde relegatus repetes animosior urbem
Omnibus infestus tibi qui nocuere:uel olim
Fortassis nocuisse queant.quibus effera Tigris
Ignosces odii stimulis agitatus amari:
Ante lacessitus qui nulla clade nec ira
Omnibus æquali truculentus Marte nocebas?
O miseri ciues quæ uos insania cepit?
Quis furor in patriam bellis & cædibus armat
Fastus & ambitio furiis uos undique uersat
Nec patitur requiem tranquillla mente pacisci
Quod si iusticiæ studium probitasque iuuaret
Si caperet uestras sollers industria mentes:
Otia si turpi cessarent languida luxu
Ambitio nullis premeret calcaribus:omnis
Fastus in altricis transiret laudis amorem.
Nunc quoniam uobis uirtutis rara facultas:
Sæmina lœtiferæ spargentes dira uicissim
Inuidiæ.frugem legitis pro munere iactus.
Consulite in medium.linquat discordia pectus
Improba.seruentur leges.priuata quiescant
Commoda:ciuiles quæ conflauere rapinæ.

Vos urbem colitis:qua nil despectat Apollo
Pulchrius in terris nec præcellentius omni
Virtutis numero:quæ tanquam munere diuum
Cunctorum speciem Pandoræ florida reddat.
Hanc uos immiti per mutua uulnera nunqnam
Dilacerare odio cessatis in omne ruentes
Impietatis opus.quæ tanta iniuria sæuos
Efficit in patriam?funestas ponite mentes.
Atque pios induti animos parete parenti
Et seruate modum ne uos trahat ira furorem
Comprimitē.atque ferat rationis fræna libido.
En Mundum seruat coniectnm in uincula carcer.
Qui rebus momenta dabit non parua futuris.
Nunc etiam atque etiam uobiscum uoluite curas.
Et lustrate animo:quæ sint potiora saluti
Vrbis consilia.his castas accommodet aures
Quisque suas.uobis res cora m publica sese
Offerat in medium referens stragesque necesque
Venturas:ubi forte minus pro lege uel æquo
Supplicium sumptum fuerit de sonte nefando:
Aut etiam officium collatum munere ciuis.
Nanque relegatus si culpæ nomine mulctam
Pendeat afficiet magnis uos cladibus omnes.

¶Hecatosticha Secunda.

O Pueri molles cultus & uestis amœna
Nō decet ingenue ductos.fucūq; comāq;
Et picturatos Seron de uellere amictus.
Vix cessisse licet teneris pro more puellis
Quid calamistratos geritis tanta arte capillos
Luxuries quæ tanta pilos radicitus omnes
Excidit:pingitque cutem?componit occellos
Alter:& ad nutum petulans respondet amantis.
Huic flauas quid cura comas tam multa labore
Assiduo fecisse parat?quibus ille uenenis
Sic mollem flexisse cutem:quæcunque rigeret
E didicit?quæ dira mares in pellicis usum

Ad pueros

Fors mutare queat? molto se rarior ullus
Offerat Hippolitus uel Parthenopeus: Eous
Quam Phœnix. Arabum quicunq; renascitur igni
Nanque togam inuenias quem seruauisse uirilem
Flagitii immunem: quæ non stola reddita fœtet
Fœmineum sexum? tibi qui stat pallor in ore:
Dic puer. insomnesne tibi tinxere colorem.
Quas trahit in libros uolendos lectio: noctes?
Num croceam fortasse febris coquit arida bilem?
An uiolat supero quicquam tibi gutture corpus:
Infernoue subit facies quo palleat omnis?
Nonne pudet muliebre pati perdedecus ingens
Flagitium? quæ tanta tuum puer improbe pectus
Pestis perniciesque tenet? te dire uoluptas
Quæ nam tanta capit? si nec meminisse decorum
Nec superos uæsane potes: saltemne mariscas.
Quæ te sæpe solent sæuo torquere dolore:
Despicias? forsanne gulæ fomenta uocaris
Dulcia delectant? sua immondissima podex
Nudatur: patiturque nefas pro gutturis esca?
Sunt qui Dardanium contendat Troilon isse
Turpis in amplexus Pellidæ tristia nactum
Fata: gulæ quoniam morem gessisset ineptus.
Desieris mox esse puer iam factus ephœbus.
Sic etiam inuenias aliquos ætatis amantes:
Esto. ætas properet spissa lanugine: quæ iam
Autumnum subeat calcato sordida musto.
Huius item fortasse aliqui capiantur amore
Præbentes optata gulæ. uerum hispida postquam
Mentum barba premet: surgentque incorpore setæ
Vndique: iam nullus pædico tecta frequentet.
Arebunt fauces. aberunt conuiuia. nummis
Sacculus impuris. pretiosaque cingula. cultri.
Atque lacernatæ gemmarum pondere uestes.
Donaque Persarum non dedignata tyrannos
Cessabunt tandem. quid tum quem tanta superbũ

Luxuries mollemque tullit:facturus obibis?
Pieridum nec casta cohors nec bella iuuabunt.
Consiliis nullis.ulla nec laude ualebis.
Quidnam igitur facies?cupiet gula perdita uesci:
Quis esset consueta cybis.cultusque decoros
Ferre uolens:nequeat tibi quos meritoria ferre.
Illa quidem:læui que te cauponula Marte
Mollierat.quæres aliis fecisse:quod ipse
In te passus eras.Pathicos pædico requires.
Et deerunt nummi.pereas mala fata.necesse est:
Nam uel furta iuuent.uel tristis pabula sicæ.
Et quicquid uel fraude paret uel crimine nummos.
Hæc satis in pueros.non inferiora puellæ
Probra sibi didicere pati:quæ cuncta referre
Ordine si pergam:calamo dextraque laborem.
Prætereo:quis quæque cutem lustrare uenenis
Atque comam soleat:quanta se fraude tuetur.
Est operepretium:paucis didicisse.Maritum
Qui forte se statuit:quisquis sub amore iugandus
Colla puellari uoluit seruilia ferre:
Hinc sibi consilium sumens:nec fallere sese
Possit ut imprudens:necnon meliora probare.
Vix annum plæræque solent excedere nonum
Ad summum decimũ:qđ iam Venus ĩproba possit:
Intemptant digyto paulatim cautius uno:
Quo postquam struxere uiam:iam calle duobus
Inde tribus latæ patefacto molle ruinæ
Mox totum penitus pergunt immittere pugnum.
Mutuus hinc geminas iungit complexus.& acri
Exagitant clunes quantum potuere.labore.
Post uitrei penes & longa cucurbita uuluam
Callosam frictu nimio fecere repostam.
Iam rubor omnis abit.neruosi cura Priapi
Incessit.pueros primum nil tale peritos
Alliciunt:monstrantque nefas.soluuntq; pudorem.
Nec curant:seu sint famuli seu sanguine iuncti.

Mox maiora uolunt.quotquot domus ipsa paterna
Seruat tota:uiros certant didicisse procaces.
Aethiopasque Scytasque uehunt discrimine nullo.
Quod si forte uiris ædes caruere:nec extra
Accersisse licet:modo copia detur aselli
Aut muli:Veneris flagrantes quolibet ignes
Suppressisse libet submissis clunibus imbri.
Ite igitur:talis iuuenes ardere puellas:
Aut agite uxores.nemo me iudice nubat
Per noctem.media primos sub luce pacisci
Concubitus & sole para:Pygostolos ulla
Obuenitat ne forte tibi:qua mentula tritam
Amittat laniata cutem:ne fraude uocatus
Menstruus intactam monstret cruor.omnia cautus
Exquirens.talem tibi denique rere futuram:
Illi te qualem poteris præstare pudicum.

¶¶Hecatosticha tertia.

d Vm flauos nimia contenditis arte capillos
Reddere:dũ faciem lustratis mille uenenis:
Nescitis miseræ quanta uos clade puellæ
Afficitis.taceo mores:quos laude modestos
Esse minus finitis.sileo:quo deinde pudorem
Calle.quibus uitam mox prostrauisse pudicam
Insidiis solitæ.nullum quod fraude paretur:
Flagitium uestris ignotum linquitis ausis.
Damna modo formæ.tanta quam fraude paratis:
Sit meminisse satis.paulum memorate puellæ:
Vnde furor mentis.quæ uos insania cepit?
Mordaci rutilos quæ defæcauerat aurum:
Dum temptatis aqua uobis fecisse capillos:
Aut cui fæx Tyrii cinerem conuersa per atrum
Cretensisue dedit fuluum quencunque colorẽm.
Aut Rhodii ueteris.Thasii.Naxiue Lyæi:
Paulaitm crines uos defecere cadentes.
Hanc oris tranxisse cutem delectat in altum
Vsque caput:tali quo se tortore politam

ad iuuenes ...

Ostendat facies:quam rugæ uertice caluo
Innumeræ totam mox fœdauere trisulcæ.
Inde nigri marcent tetra rubigine dentes.
Inde rubent oculi tristi manante liquore.
Assiduusque cadit mucus de naribus udis.
Flatus & ingratus sentinam fundit ab ore.
Liuescensque cutis uisu deforme cadauer
Tota repræsentat.quas nundum fecerat ætas:
Fœda coloratis uetulas fecere uenenis
Vnguenta & latices:ui quos expresserit ignis.
Hæc sibi.dum mammas.quæ surrexere:tumentis
Stringit ueste premens:in longum tendit:ut ingens
Bælua Gangaridum quas malis miserit:aures.
Hæc bombice nates ingenti grandius imas
Tollit:cui gracili uix ossa cuticula texit.
At cui iam laxo pendent palearia cunno:
Mille trahit sursum uinclis & funibus amplas
Atque ligat nodis & multo robore rugas.
Nam quæ stupa premat:quanto munimine pannus
Obstruat immẽsum:pudor est meminisse:baratrũ:
Et ne quæque loquar:quæ uanæ plura puellæ
Inuenere dolis:urinam Nathula seruat:
Qua faciem stolidæ lotam renitescere curent.
Nec uos o fatui iuuenes sentitis oletum:
Basia dum teneris iuuat infixisse labellis?
Si sapitis:nostros monitus audite puellæ:
Nam si consilio nostro parere uelitis:
Perpetuum ipsa sibi seruabit grata colorem
Forma:nec ingenuo fiet iactura pudori.
Sat fuerit faciem Lympha lauisse nitenti:
Quæ sit pura quidem:nulloque sub ore tepescat.
Hanc cinis inficiat:quẽcunque resoluerit ignis
Communis:quoquo olla calet:feruentque lebetes.
Hac purgare caput.mundosque parate capillos.
Vtque sua facies seruet bonitate colorem:
Sit cibus & potus capiundus lege modoque.

Vt tanta liceat mensura cuilibet uti:
Concoxisse queat quantam siue mole quietus
Et tepidus stomachus.uarii potusque cibique
Gignere multiplices flatus morbosque fuerunt.
Quinetiam Bacchi latices Achelous abundans
Opprimat:in uenas ne feruidus irruat æstus:
Quo sanguis periens pallorem inducit in ora.
Sit stola munda quidem:qualem decet esse puellis:
Ferre lacernatas uestes cultusque uirilis
Spernite:ne dicant eadem nos sponte petentes:
Quæ pueri sexum mutantes sæpe tulerunt.
Sit pudor in facie.gressuque & uoce decorum
Seruetur.sermo rarus.uisusque modestus.
Nulla sit in foribus primoque in limine sola:
Ne Venus incautam subiens prosternat inermem.
Furta locus tempusque docet.quam uiderit ullam
Incustoditam:sibi prædam sperat adulter.
Arcados in matrem se talem Iupiter egit.
His natam insidiis amiserat Inachus Io.
Si nuptam Menelae tuam custode fideli
Seruasses:nunquam populos armasset inulta
Græcia:Medeam quæ fraudibus abstulit iisdem.
Tedum littus amans:armentaque uana frequentas:
Delusam tergo rapuit Cretensis adulter.
Hic etiam Semelen solam dum uiderat iisdem
Egit iu amplexus:quibus hanc quibus artibus illã.
Et uos prata quidem multo redolentia flore
Et nemus & fontis nullo custode uagantes
Dum petitis:castæ reditum facietis ad ædes?
Ruri nullus erat:quem cunnus iuuerit?omnes
Siluani & Panes caruerunt penibus?horto
Qui præerat:uictus tanto fuit ille sopore:
Vt fuerit nulla prorsus tentigine tactus?
Quin audent Mœchi nuptam seruante marito
In mediis temptare thoris.& furta pacisci.
Alciden Faunus dum palpat captus amictu:

Senserat: Alcidæ quid dextera posset inermis?
Quæ placuisse mihi cupit & formosa uideri:
Fraude uelim careat: nam quid tam lata dedisse
Pectora prosuerit? thorax delectet an hasta?
Nam bombix natibus quæ cõmoda deferat amplis?
Scilicet ut cunnus iuncto magis æstuet igni.
Istum autem detis cupio. mihi calle patenti.
Haud me angusta iuuant. probitas uos sola puellæ:
Non mensura. color. non ars facit esse decoras.

¶Hecatosticha quarta.

Contra vates et diuinaculos

PRædixisse aliis uentura pericula nosti:
Quæ nescis cauisse tibi. risisse Thaletem
Fertur anus: qđ uim qui cæli nosset & astra:
Ante pedes quod erat positum: nesciret ineptus.
Ast Atlantiades insignis & arte paterna
Ingenioque suo nunqnam præsenserat: olim
Qui foret horrisonis præceps agitandus ab Euris.
Inclytus Alcides cui cessit maximus Atlas
Atque Atlante satus: cælumque & sydera summis
Sustinuisse humeris memoratur. at artibus idem
Fœmineis captus pœnam dissoluerat hosti.
Omnibus hisce minor. quo tandem limine fætus
Perspicis astriferos orbes summique recessus.
Quem pater omnipotens sedem sibi fixit. Olympi?
Nunquid aues aliquæ forsan cecinere futura:
Quis aliis caueas: tibi quod contemnis Haruspex?
Num fortasis aquæ te diuinatio reddit
Aut terræ aut ignis quæ sint uentura: peritum?
Nanque oculus dexter siquid tibi siue sinister
Nunciat ante diem: qualis Polyphemus amanti
Te Galathea sinu complexus pulchra fouebat:
Talis eris uates. nunquid tibi uisa per umbras
Noctis uera putes prænarratura latenti
Siue animi introrsum ui. quæ uideatque sciatque:
Seu quæque adueniens moneat: quod nosse uolẽti
Expediat: noui te nullo Elpenore duci

Nec Busto: quoniam pietas uetat omne cadauer.
Nunquid stulte putes. quæ sint uentura: patere
Posse tibi? nescis soli constare superno
Illa deo? uana quid ludis imagine mentes?
Desine iam tandem cælestis quærere curas.
Atque datis lætare bonis. lenire prementem
Spe sortem meliore para. quæ cæca futuri
Spes iacet in tenebris: mentis splendore serenam
Redde bonæ. quantum prudentia roboris in se
Continet: hoc uti tantum te posse putaris.
Nec sapias plus: quam uoluit natura deusque.
Vtere consilio. quæ sunt humana uel usu
Quære uel ingenio. noli cælestia menti
Subiecisse tuæ sic: ut non sæcius esse
Posse putes. arcana nefas promittere cæli.
Nam nobis meminisse licet: quodcunque priore
Præteriit sæclo. præsentia sensibus ipsis
Atque animo pernosse licet. sed scire futura
Vis ea sola queat: cui sunt præsentia quæque.
Hæc autem uobis alios qui fallitis: esse
Non ignota reor. sed quæstus gratia cogit
Mentiri per mille dolos. nãque omnia monstra.
Et portenta simul cum signis. sæuaque uanis
Prodigia auguriis. & coniectatio fallax.
Hostia. & afflatus. & fictum carmen. & astra.
Ingenium quæcunque sagax inuenerit astu:
Denique uaniloquas possit prædicere nugas.
Forsitan Aerii docuit quos longior ætas
Ingeniumque uafrum: uenturi temporis ullam
Tradiderant. qua multa ualent: tibi. Dæmones artẽ
Inuidiæ nescis quibus eæ flagrantibus ardent
Bestiolæ flammis? quotiens cum mente uolutant
Ignibus accensæ. fore. quas liquere cadentes:
Ipsi aliquando pias diuino munere sedes
Cœtibus ascripti cælestibus ascendamus?
At sua uersutos se fallit opinio sæpe.

Et siquid ueri docuit callentior usus:
Illa cohors infida tamen liuore profano
Mille per ambages qui consulere: fefellit.
Hoc tu Crœse probas: quicunque oracula nosti
Et qui Thessalicis cauit semotus ab armis
Appius Euboica uisurus fata sub ora.
Præterea quis nam: si dicere uera licebit:
Hostibus inuisis iratus profuit unquam?
Tu mihi fatiloquos nebulo mentire Prophetas:
Qui quod longa dies & multus debuit usus
Tradere: nec uentos noris. nec fulgur. & imbrem
Prædixisse satis. segetis nec sæmina lætæ.
Si sapis ergo: sile. nobis accendere bilem
Desine. nãque tumẽs stomacho mihi nausea surgit.
Nam quem tam multo iactas: tibi nomine fastum
Debuerant humilem totiens mendatia cunctis
Cognita: dum lusi nummos tribuisse dolerent:
Reddere iam tandem uiteque affecisse pudoris.
Non mihi pacatos populos omnemque futuram
Italiam fallax instanti sole canebas?
Ecce uides: Mauors furit undique. concutit urbes
Egregias. immane tonans sua fulmina torquet.
Hinc fore dicebas: ut musas omnis & artes
Pacis & ingenii pauper cum diuitis arca
Concordi studio coleret sub legibus iisdem.
Incrementa suis locuples quam maxima rebus
Attulit in fœnus penitus coniectus auarum.
Pauper castra petit uictu tristique coactus.
Sorte miser trucibus forsan moriturus in armis.
Non musis locus est. non artibus ullus honestis
Fertur honos. turpis late dominatur adulter
Flagitio quisquis ualet improbus: omnibus ille
Est maior. præstatque piis sceleratus & audax.
Nil igitur ueri tua nobis dixit Erichtho.
Ergo sile. atque bibens gaude uinosus haruspex.
Nam uim melliflui quam tu fore posse negabas

Forte tibi metuens bibulo:mea dolia musti
Ingentem seruant:madidus cum stertis in astra.

¶Hecatosticha quinta

Assentare Colax.& blande cuncta locutus
Semper adularis.nam siquid fabor inepte:
Forsitan.ut dubius tẽptem penetralia mẽtis
Stultæ tuæ:tanquam ductum sit protinus apte:
Arrides.siquid laudauero:laudibus effers.
Rursus idem siquid turpi sub crimine ponam:
Id dignum censore refers.contraria uerbis
Quæ sentis:infide modo non dicere nostris
Non audes:potius sed fallax ore maligno
Affirmas.gestum totius corporis audax
Componis:fingisque sonos.nec cernis:ut omne
Detegit infœlix pectus tibi uultus:in ore
Qui quodcunque latet:signis expromat apertis.
Magna quidem uis est naturæ:moribus illam
Deprauare malis nulli data tanta potestas:
Quin sese tandem laqueis uinclisque soluta
Efferat in faciem:ac ficti mendatia cordis
Quæque latent penitus:simulataque cũcta reuelet.
Ridiculo ducis me perfide uisus amicus.
Nec cessas simulata loqui.mihi rætia semper
Tendis:ut in fraudem lapsus tibi dona proterui
Ingenii prudens.grandi fusoque cachino
Delusus per te toti sim fabula uulgo.
Non me crede.latent:quæ multo structa labore
Occulis ingenio.sunt nobis Lyncea quæ nil
Lumina trans alpes abdi patiantur & ænum.
Quinetiam siquando putes simulata loquentis:
Quo simulans nobis certo capiaris Elencho:
Tunc mutas sermone uices.contraria nostris
Dictis dicta ferens.quod si nos bile moueri
Credideris:rursum uertens sermonis habenas.
Obsequeris fallax etiam simulata profatus.
Me laudas coram.quod si te forsitan ullus

In assentatorem

Vir roget absentem:mihi quem dubitaris amicum:
Omnia das uitio.nequam me dicis.& unum:
Quod de uerba quidem non sint faciunda ꝓbatis.
Siquis me rursum uerbis lacerarit iniquus:
Inuadis coram petulanter:& inuehis audax.
Mox sequeris properans abeuntem.pluribus orans
Mitis ut ignoscat:qui sis:obnoxius ære
Migrandi:auxilium tuleras quodcunque coactus:
Sin mihi quod debes:uelit is dissoluere: flammas
Illicet educes:quis meque meosque perurat.
Adiurasque:palam nequid prorumpat in auras.
Assentator ait:tibi si discrimine uitæ
Certandum fuerit:se nullum morte periclum
Detrectaturum.quod si excandescere quēquam
Viderit:iratus metuens ne tendat ad arma:
Proripiens clam se.medios te linquat in enses:
Et lateat:sæuum donec cessisse tumultum
Audierit:gladio qui post armatus & hasta
Ac multo sudore fluens.rubicundus anhælans
Fit præsens tanquam spoliis oneratus Achilli.
Quo præsente tibi si iurgia mouerit Vxor:
Is monet iratam munus non esse modestæ
Coniugis egregium sic appellare maritum:
Quem postquam sensit templum petiisse forumue:
Solam solus adit.se primum purgat:& ultro
Furta uiri permulta refert:quæ finxerit ipse:
Paulatimque animum mulieris temptat:& illum
Damnat ut ingratum.post iniicit esse puellam
Quæ sibi riuali modo dixerit:omnia uobis
Dispare fortuna uideo cessisse: decoram
Ille habet uxorem.deformis contigit ipsi
Atque insulsa tibi.decies ubi fixeris hastam
Surgis adhuc longo repetens data uulnera ferro.
Ille autem postquam binos uix intulit ictus:
Mox hastile cadit:quod uix in uulnere noram.
Hæc & multa dolo memorans.aduertere uultum

Intentis oculis non cessat callidus unquam:
Quique suis postquam sentit iam consona uotis
Omnia:per Veneris componit fœdera dextram.
Assiduisque hominem probris illudit amicum.
Idem si flores opibus:si fercula septem
Viderit in mensa:quæ multo fulgeat auro:
Quottidie celebrare fores & limina certat.
Mane salutatum uix dum fugientibus astris
Aduenit.expectans primæ ad frigentia portæ
Vestibula:ut primum pateat cum ianua:serui
Illic se stantem uideant referantqne cubanti
Orati domino.sed postquam serius exis:
Quam belle ualeas iterumque iterumque rogando
Ingeminat.rugas quo uestis pendeat apte:
Arte locat.leuiterque pilum.si forsitan ullus
Insideat:tollit.laudans cultumque togamque.
Egressumque domo comitatur.& omnia præstat
Obsequia ad nutum.redeuntem passibus æquis
Deducit:mensamque iubet cupasque parari.
Nullo opus hortatu est.discumbit protinus.Vrsas
Ieiunasque famæ superans & more Lycisas.
Sin infida tibi faciem fortuna serenam
Mutauit:liquitque ratem nutare per æstum
Sæua procellosum:uolucri fugit otior aura
Iste Colax nulli scelerum feritate secundus.
Teque uel in primis ingrati criminis effrons
Accusat:dicitque malum.te multa benigno
Insimulat debere sibi:quæ soluere postquam
Negligis iniustus:ueterem se pluris amorem
Ducere.quam censum.nam ne se tristis ægestas
Opprimat incautum:te nolle diutius uti.

¶Hecatosticha sexta

NOn mihi sufficiunt nummi.nã uestis & esus
Ac potus loculis non est contentus auaris.
Est uxor.natique mihi.famulæq; decoræ
Ac famuli.qui multa petunt:& semper anhælant.

hortatoria ad modu[m] ... [illegible]

Sunt & equi & mulæ.dein uenatoria latrat
Turba canum.quibus est cultusque parādus & esca.
At numeres etiam mures pulicesque pedesque:
Et quascunque animas paries complectitur intus:
Adducasque licet cepos uulpesque luposque
Et quem tam longum Ptolemæus pauerat anguem
Non tibi sufficiunt nummi?sit sobria primum
Tota domus famulos pro censu pasce iugales
Mitte canes habeat sine qui male nouerat esu
Actæon.Tyrias nequeas si ferre lacernas:
Fer Minthurnensi textas de uellere.potu
Vtere quo pedibus quo mentis acumine constes
Ipse tibi:Cretē uitans Cyprumque Rhodumque.
Tot tibi quid poscas famulos?meminisse Catonis
Si libeat:seruos non pluris quinque potenti
Duxit in imperio:quorum dum ditior unus
Mancipia emisset clam sese:protinus illum
Strangulat.euertit quisquis Carthaginis arces
Scipio magnanimus uitam nihil emit in omnem.
Et qui militibus tribuisset pondera fului
Auri tot dono:sibi nil nisi nominis auram
Seruauit.fundos sibi quot possederat olim
Regulus aut paulus:qui tanta laude triumphos
Gesserunt?qui rapa grauis dux prætulit auro:
Samnitis monuit:minimis quam uita proborum
Sit contenta bonis.nam si te stragula Crœsi
Persarumque epulæ:si balteus ille superbus
Quo periit Turnus:uariis si purpura gemmis
Delectat:nullis unquam contentus abundes
Diuitiis:ædes dum uis educere cælo
Marmore da pario:te decoxisse necesse est.
Qui tot pascis equos:Diomedis stulte cruorem
Oblitus:meminisse tui meminisse tuorum
Non potes?Hispanis nam mulas cædere præsta es
Qui caudis illas didicerunt reddere mitis.
Si pergas seruare modum:quem deseris omnem

Nil tibi defuerit.quod si te forte dolosi
Destituant nummi:fugitiuos temne:nec egris
Insectare animus,irarum turbine ferri
In nequam famulū.dominū sic dedecet æquū:
Vt decet in frugi se monstrauisse benignum.
Non tibi sufficiunt nummi:qui forte sequaris:
Quod Crassum dixisse ferunt:si fructibus omne
Agmen alas:quos ferre queat uix Lydius amnis.
Prodigus insipiens nunquam ditetur:in omnes
Effusus ratione carens.cur erroget ullus
Ipsum etiam uiuum?quid non sese suumque
Norit equum.quem sessor agit:quo poplite longū
Carpat iter?calcem qui non metitur:anhælans
Deficit in stadii nonnunquam puluere primo.
Hanc fera seditio.fallax hinc factio surgit.
Hinc miles Syllanus auet noua bella Cethægus
Hinc furit.hinc fabricat tristes Catilina tumultu.
Fœnore difficili fuerit qui obnoxius ulli:
Quo dissonat inops:hominesque deosque fefellit.
Hic furtis inhiat.rapit is.sed decoquit ille.
Hic patriam prodit.leno fit coniugis alter.
Prostituitque probri nullo discrimine natas.
Omne audet subiisse nefas:nullumque recusat
Flagitium:quisquis nummos ratione relicta
Effundens alios petulans aliosque cupiuit.
Hoc autem caueas:si uita & moribus ipsum
Sic te compones:ut nil te posse putaris:
Quod non posse scias.uires dum temptat inanes
Languescens ætate Milo:subit ora luporum.
Omnibus in rebus quicquid mediocriter audes:
Nunquam errare queas.ne te ferat ipsa cupido
Præcipitem:frænare para.quæ dedita uentis
Corda procellosis fuerint facibusque proterui
Corporis:horrendis semper sub fluctibus errant
Flagrantique salo:nec amœna pace potiri
Vsquam tuta queant:glacieque premuntur & igni.

Quod ſi fræna reges animi tranſuerſa petentis:
Ordine ſi recto uitæ moderabere cultum:
Haud tibi deficiant nummi.ſed ſemper abundes:
Sufficiaſque illis:tibi quos ſatis eſſe negabas.
Interea monitis aures pauliſper amicis
Si præbere uelis cura ſemotus ab omni:
Cognoſcas:opibus quibus ipſe & qualibus unus
Affluis an neſcis te qui nihil ante fuiſſes:
Aut nihili ſimilem:diuino munere factum
Eſſe hominem membris ſeptum mentiſquẽ capacẽ:
Vtque decem primo menſes genitricis in aluo
Dormieras animique carens & corporis uſu?
Mox autem poſtquam peregrinis redderis auris
Vteris & ſenſu.rationeque frætus & illa
Vi mentis:regem qua contemplamur Olympi.
Paulatim cunctis reliquis animantibus unum
Te præſtare uides non ſolum corporis apta
Compage & forma.ſed ui:qua membra reguntur
Atque uigent.nec enim ſpecies:eſt membra ſecuta
Sed ſpeciem corpus:ſupero quæ lumine fulgens
Valle ſub umbrifera peregre dum feſſa quieſcit:
Debet opes ſecum patrias cælique repoſtos
Voluere theſauros:quos ſolum diues habebit
Quiſquis opes huius ſapiens contempſerit orbis.

¶Hecatoſticha Septima.

SIte quis lacerat præſens ignobilis ore
Immundo:modice patiẽs cõuitia reddes
E ſtulto plane fatuum:quin ipſe procacẽ
Se poſtquam norit delirauiſſe:reſumat
Mentem forte bonam:ſeſeque ſuoſque proteruus
Accuſet mores:& te miretur:ametque.
Sin ſuperare modum pergant maledicta:memento
Qualis in oſcœnum Therſiten fertur Vlyſſes.
Non uerbis ſeruile pecus ſed uerbere multo
Diſcit iter plærumque ſuum.ſin artibus uti
Non impune licet regalibus:ille Pericles

Occũrrat:quicunque diem dum pertulit omnem:
Qui se mille probris lacerarat:uespera postquam
Aduentasset:eum duci sub lumine iussit:
Quippe suæ cotem ualidam quem laudis haberet.
Inuenias etiam:quibus obiurgantibus addas
Quo grauis ira cadat:leni sermone pudorem.
Sæuus in Euclidem Megarensem fata minatus
Iuratusque aliquis fertur:cui protinus ille
Iurauit contra:mihi tu placare cura
Ingenioque meo.fiesque probatus amicus.
Sunt & nonnulli :quis respondere necesse est:
Quo doleant æque:dum seque suosque nefandis
Flagitiis mores agnorunt:dumque malignis
Læticiam cepere probris:quæ tristia castis
Obiecere uiris.Crispo sic Tullius acri
Respondit.magni sic os Demosthenis audax
Horruit Aeschines.sed si me consulis:aude
Omne quidem placido maledictum pectore ferre:
Verbaque nec cura nullam portantia litem.
Iacturamue tibi.quænam obiurgatio Christum
Immortale bonum lumenque decusque deorum
Liquerat intactum?nonne hunc dixere uoracem
Et seductorem:quibus abstinuere profani
Nequitiis: quibus ille nihil responderat ultro
Secum stulticiam gentis miseratus Hebrææ.
Contemnens igitur uanæ conuitia linguæ
Ne pulsere:caue:quanquam uir maximus olim
In faciem cæsus misere.nil rettulit.unum
Præter id in frontem:quodcunque iscribere sueuit.
In statuis opifex:hoc nobis fecerat ille.
Et nos musca leui tetigit si sordida morsu:
Arma iuuat sumpsisse truces.uindicta nocendi
Nulla satis:tanta est animi indignatio parui.
Nũquam ego magnanimũ fatear:quẽ sola iuuabit
Vltio.contemnit præstans obprobria uirtus.
Ignoscitque libens fraudes oblita malignas

Pellidē leginius magnūque Agamemnonia:uates
Quos Smyrnæus agit sæuæ per mutua linguæ
Iurgia.turbati stomacho damnamus utrunque.
Præterea siquis nos dilacerarit ineptum
Hostis apud uulgus:quæ sit uictoria tanti
Nam si forte graues cognorint oris iniqui
Verba per insidias in nos diffusa:uenenum
Liuoris fluxisse putent.linguamque nocentem
Auribus offensi mox detestentur:& ultro
Diffugiant potiusue fugent moderamine certo
Ast ego dum mecum prauæ conuitia linguæ
Dumque suis maledicta probris in pectore uerso:
Nulla magis diro quæ nos tutentur ab hoste:
Arma dari uideo:quam quæ paret ædita uirtus
Moribus innocuis.quid enim mendacia possint
Conspicuo nocuisse uiro:quem tollit in altum
Vita per officium non illaudabile ducta?
Poggius immundo si forsitan ore momordit:
Tu laudes ostende tuas.hominemque loquacem
Temne.sinens quantum sus ore Boetia gestit:
Gruminat:ac doctæ tradat præcepta Mineruæ·
Laida Penelope nunquam.nec Phocio curret
Timarchum pathicum.sapiens seseque suoque
Iudicio.probitas animi quod reddidit ingens:
Contentus.uulgi nusquam pendebit ab aura.
Norint enim;quæ sunt uirtutis premia celsæ:
Que non uana suo dare possit opinio fuco:
Expressis sed uera notis sententia rectæ
Mentis agat.non hac sunt nobis præmia uita
Certa satis.nullus fœlix nullusque beatum
Tempus agit:cælestem bonū;quod sūma potestas
Aeterno regit imperio:fert cuique laboris
E meritam palmam:quam nullius oris iniqui
Virtus atrox mutare queat.nec morsus edacis
Inuidiæ superare premens:uis lædere nulla.
Id tibi sat fuerit:quod tua laudibus ædant

Dignum facta uirum:quamuis tibi quisque nefádus
Det uitio:sana quæ gesseris omnia mente.
Quo fit:consilium cordi si admittis amici:
Vt terrena sua spernens ludibria fraude
Ad superas oculos tollas sublimior arces
Contemplans:quam pulchra piis sint præmia factis
In certum congesta locum:quæ calce suprema
Curriculi uitalis iter post rite peractum
Te maneant.nec enim quisquam cæleste tribunal
Ore uel ingenio sollers fraudauerit unquam.
Illic sola ualet nitidi narratio ueri.
Simplicitas non ficta placet.dolus exulat omnis.
Insidiæ que uacant.quin te reticente nec ipsam
Defendente tuam legum tutamine causam
Ipse deumq; hominumq; parens ubi lancibus æquis
Solus quæque uidens expenderit omnia:rectum
Iudicium faciens reddit sua præmia cuique.

¶Hecatosticha octaua.

COnsilio motus animi qui temperat acres
Surgétē reprimens frænis moderátib' ignē:
Non minus is laudis.quam qui nil tágit ira:
Promeruit.quis enim segnem laudauerit unquam?
Ira malum horrendum:quo uis immanius ullum
Prodigium inuenias.quid enim non audeat ira?
Ira nouercalis animos dum sæua lacessit:
In scelus omne rapit.pectus dum rursus auarum
Inuidiaue ardens:aut ambitione superbum
Aut in amore dolens stimulis furibunda subactis
Incitat:omne simul ius fasque piumque per omnes
Prosternit uæsana uices.quibus inclytus armis
Amphitryoniades Megaram natosque peremit?
Quæ Medea tuos uis partus sustulit?Atreus
Vnde lacessitus fraternis ponere mensis
Est ausus pueros Phœbo fugiente necatos?
Nam quid ego fratres memorem:qui fratre parēte.
Quique & aua genetrice sati.per mutua sæui

Contra iracundiam et de illa prohibenda

Vulnera se gladiis foderunt tristibus ambo?
Quin & Virgilio si uati credis:amatam:
Hæc eadem tigno suspendit causa furentem.
Insuper & Macedum tanto splendore tyrannus
Cum nimia quandoque dolens excanduit ira:
Transfixit gladio:qui se pietate colebat:
Vixque manus amens uersas in uiscera rursum
Abstinuit:tantus dolor est:quem suscitat ira.
Bilis Achilleos in quantum iecit amores
Dedecus atq; probrũ:magn⁹ tibi mõstrat Homerus.
Nanque ut terribilis sileam repetita Catonis
Vulnera:ridendum quam se Telamonius Aiax
Quamque iterum flændum tam dira peste subactus
Præstiterit:Titan pariter decantat uterque.
Nam quid ego memorem dentes in morte cruẽtos
Per faciem Menalippe tuam?Pandione Progne
Si sata Cecropida:si Cadmo nata superbo
Sitque Althea ferox diras gessere parentes:
Quid.mirer furias & monstra immania nati
Amphiarae tui? tristis quid uulnus Orestæ?
Sed quid in humanis nugis per inania tempus
Verba tero? primus fuerat qnicunque creatus
De nihilo:penitus uinci cum cœpit ab ira
Ingenti liuore cita:mox omne rebellis
Per scelus exarsit.nam quantas pectus auarum
Excierit flãmas:docet is:qui perfidus ardens
Bile cruci regem terræque polique necandum
Tradidit:& laqueo simili se sustulit igne.
Est igitur nimius motus cohibendus:& arte
Multiplici moderandus:iter quo passibus æquis
Rectius incedat:ne se per confraga perque
Horrentes scopulos & præcipitata ruinis
Culmina deturbans magnis in cladibus erret.
Ira quidem.medium quæ callem seruat:& omne
Extremum secura fugit:persæpe bonorum
Causa fuit:secumqne tulit laudemque decusque.

Nunquam ego qui nulla prostratus tangitur irá:
Dignum laude putem.nam qué mihi frigida fructú
Segnicies afferre queat? quis dicat inertem
Esse uirum:cui nulla sui nec cura nec usus?
Corporis atque animi deiectio languida cunctas
Perdit opes:uitiisque parat fomenta prosanis
Omne sui molita nefas torpore soporis:
Nam quis desidiam neget hinc manare proteruam?
Quam Laertiades fugiens quandoque peritus
Auribus obstrusis malo se uinxit abacto.
Et quanquam magnum secum turbatio mentis
Omnis ferre solet maiorque minorque periclum:
Malim equidem stimulis ad res agitarier altas:
Q nam penitus somno pressus iacuisse profondo:
Nil & enim natura potens.quæ mente mouetu r
E manatque dei:nobis infixit inane.
Quas tenuis animum scintillas fudit in imum
Etherii uis summa poli:ratione magistra
Si rexisse uelis:nullum turberis in usum.
Q uin potius longe tibi conduxisse per omne m
Et uitam & mores uoti fateare potitus.
Quod si te flagrans mouet iracundia:frænis
Hanc compesce citus:ne se radicibus hærens
Firmet atrox.ut uas seruatum sueuit acetum
Corrupisse diu:sic iracundia pectus
Deprauat seruata ni mis.deliquit amicus?
Iratus nunquam delictum expendere noris.
Nobilis Archytas agros dixisse colenti
Traditur afficerem te nequam uillice di gno
Supplicio:nisi me uæhementior ira tene ret.
Si metus inuadit:tibi te seruare labora
Præsentem.totumque sagax metire periclum:
Cautus ut in medium tibi prospexisse proberis.
Læticia gestire ueta.nam cæca uoluptas
Nequicias per mille uocat:quos occupat hosp es.
Nec dolor immensus sic te premat intus:ut om-ne

Consilium amittens quid agas:haud cernere possis.
Euxini si forte ratis tua uecta per æquor
Bosphoron angustum cupit inconcussa subire:
Nec nimiis Boreæ desperet fluctibus atri:
Nec rursus tacito nimium confidere ponto
Sic fidat:pelagus quo se uel mittat in altum.
Vel petat infesti fallaces littoris oras.
Inter utrunque uiam si certa lege capesses:
In portum securus eas.nec littus iniquum
Nec maris insidias damnans.lætabere tandem.

¶Hecatosticha nona.

Ad mundu

Nos utinam falsos habuisse opinio Munde:
Qua fore protulimus magnis te cladibus oli
Vrbem affecturũ:cũ primum plebe redisses
Corrupta in patriam.uix dudum præterit annus.
Ipse uigil cunctos aditus rimatus in auro
Denique fallaces animos,tibi callidus ære
Concilias grandi.tenebras en mœnibus atro
Infundis reditu.tremefactis ciuibus aufers
Lucis opem.recte noctu quam conuehis:urbem
Ingrederis forsanne pudor quemcunque puellus
Amisisse procax meministi:detinet ægrum
Vllus adhuc?lucisne pudet?quæ monstra furenti
Pectore concipiens cunctis extrema minaris
Tigris adest immane uorans.in cæde bonorum
Tota natat.rabidi ludunt in sanguine rictus.
Heu miseri ciues quæ tam truculenta subegit
Vos fortuna decus Romani nominis ingens?
Consiliis decuit tum primum fortibus uti
Dum licuit:cæco dum trusus carcere.morte
Nil minus horrebat:dum se per membra trahendũ
Mille modis trepido uoluebat pectore Mundus.
Nunc spes una fugæ:pariat quæ certa salutem.
Plebs ignaua sequi uictorem docta cadentis
Contemnit.complexa tuos fortuna fauores.
Nulla fides uulgi:pedibus confidite ciues.

Hinc fugite.atque animas saltem seruate ruenti
Incolumis patriæ.pariet nam denique tutum
Naufragiis deus aspirans in tempore portum.
Interea uigilis oculos ad mœnia semper
Dirigite.& patrias ædes uersate frequenti
Mente patres·quicquid libuit uictoris iniqui
Insani cordi:nimia quod fulminat ira:
Vt factum censete animis.turbatio pectus
Sic minus offendat.citiusque parata prosanum
Vltio pro meritis perget punire latronem
Carpat iter sibi quisque suum:quo rebus agendis
Consuluisse queat securius.ibimus & nos
Hinc propere.nec enim nostra fore duco quietas
Pieridas Sicas inter uirusque dolosum.
Opportuna igitur præsentibus una procellis
Excipiat me Sena sibi tantisper habendum:
Dum mare tranquillum reddat fortuna deusue:
Aut alio soluens fluctus cum turbine linquam.
O mihi iam sextum dulcis Florentia solem
Per uarias habitata uices:multoque labore
Iter & inuidiæ gladios & mentis auaræ
Fulmina.quæ celsos potuissent sternere montes:
Tam forti seruata manu iam parce morari.
Da ueniam.si me tandem capitique reique
Prospexisse meæ liuor mihi rætia tendit
Improbus.armatur diris accincta colubris
Tristis auaricia.& uirtus minitatur & enses.
Vxor cara mihi,si.sunt dulcia pignora nati.
Horum si nihil rationem duxero:demens
Censear.obstrictus magno tibi munere nunquam
Delabi te mente sinam.tu præmia nobis
Contuleras:alii uirtutis nomine quanta
Nulli unquam licuit tanto sperare fauore.
In primisque meum cunctis in rebus honorem
Fouisti laudem miris successibus augens.
Ah pereant:quicunque pia priuare parente

Me semper studuere odio liuoris auari.
Humanas uersuta quidem sursum atque deorsum
Res fortuna rotat fluctu uiolentior omni.
At deus omnipotens nostri ludibria fastus
Riserit expectans:quas det sub pectore pœnas.
Nam te cara parens patrio stimulatus amore
Ardebam:fugique nihil ratione nec astu:
Quod mihi perpetuum te conseruaret in usum.
Hinc ego perpessus uel mille pericula uitam
Vix tueor:facie quod monstrat fixa cicatrix.
Non animi desunt.mihi.nec fiducia recti.
Sed uis iura prêmit.periit cum legibus æquum.
Imperat iniusto passim furor impius ense.
Tempestas patriis cunctos a sedibus uno
Ordine sæua bonos extrudit.in omnia præceps
Bacchatur diuina suis humanaque monstris
Mundus ouans.hic nos infensus seruat:inulti
Quod persæpe suas tulimus:quas intulit.iras.
Qui trucius nocuit semper:neque parcere nouit:
Nec rursum nocuisse odio inflãmatus iniquo
Cessat atrox:idem semper formidat:& odit.
Siqua mihi dabitur lætis occasio rebus:
Qua prodesse tuæ possim Florentia sorti:
Cognoscis nec abesse fidem nec ad omnia fortis
Atque alacris animos.utinam sit tanta fugatis
Illis cura tui.patriæ reditusque cupido:
Quanto ego peruigili noctesque diesque labore
Omne tuæ pergam studium præstare saluti.
Ergo uale cælo tellus gratissima.Verum
Infestis lacerata lupis:quos cæcus habendi
Ardor in omne uocat facinus rabiemque rapinæ
At tu summe deum genitor.qui cuncta potenti
Imperrio moderare tuo:uel pectora Mundo
Sana fero celeri collustrans lumine præbe.
Atque probum iam redde uirum patriæque sibique:
Vel tonitru flãmisque tuis & fulmine tactum

Horribili tenebras adigens metuendus in imas
Cogito:mortales certo ut discrimine discant:
Quam uitio præstat uirtus.iustique profanis.

¶ Hecatosticha decima

QVid pr̄ ad Venetos satyrā uultusq; seueros
Ire iubes? calamo qd frustra tēdis habænas?
Nā qd apđ Venetos satyra dignū? oīa cedūt
Illic uirtuti.uitio locus omnis & omne
Clauditur hospitium.redituram mittis alumnam
Protinus elinguem.Quod si me iusseris Arnum
Visere:si Medicis mandes intrare penates:
Ibo equidem:& uelis remeantem cominus albis.
Aspicis.quicquid sceleris toto orbe ministrat
Infœlix natura hominum:mox hospes ab uno
Ediscam Cosmo.referentem lingua uel ipse
Spiritus aut alius quiuis me fortior usus
Deficient nunquam.referam cantuque lyraque.
I:celera ad Venetos.quæ te dementia cepit
Nata.quid insanis? quæ tanta obliuio mentem
Occupat? an nescis satyræ certamen utrunque
Mandari solitum? satyræ uis inclyta iuxta
Inuehit in uitium.uirtutem laudibus effert.
I:celera ad Venetos.& sanctum nomen adora:
Cumq; urbem attigeris:pedibusq; leuata parūper
E primis campum gradibus progressa patentem
Sustuleris frontem:uideas:qua dextera magni
Principis aula iacet:quam celsa palatia miris
Insignita modis:diuique micantia Marci
Templa tenent mediam:qua sese ianua pandit
Aurea marmoreis sublata leonibus:huius
E regione gradus surgentes:passibus æquis:
Huc propera.nec te uenientem porticus alta
Detineat fulgore sui.sed proxima contra
Ostia:quæ geminis.semperque patentia ualuis
Difficilis aditus nunquam præstare fuerunt:
Ingredere.hinc dextris gradibus fastigia tecti

Ad fratrem Gomarum Venetum

Summa sacri petito.cunque unus & alter eodem
Temporis articulo placido sese obuius ore
Obtulerit:causamque uiæ nomenque parentis
Quæsierit:Veneto sum ciui nata Philelso.
Huc legata feror.Francisco principe natum
Iussa peto.mites Iacobi ostendite uultus.
Hæc effata sile.nam nec certamine multo
Est opus.egregium uix hæc effata uidebis
Occursu iuuenem facili similemque parentis.
Et gratum aspectu linguaque animoque benignũ.
Huic refer:o genitus magno genitore:uerendi.
Quem Veneti statuere ducem patriæque parentẽ:
Foscara progenies.tibi me legauit amicus
Affectusque tibi.paucis si attenderis aures:
Perspicies:ueri quantum sit robur amoris.
Commoda magna tibi rerum natura creatrix:
Maxima fors tribuit.sed nec solet illa perennem
Aeternumque alacris florem donare iuuentæ.
Deflorescit enim morbo uel rebus acerbis
Aut saltem senio roburque amittit & ignem.
Quos autem fortuna solet deludere ludos:
Mille exempla tibi.canat hæc tibi cuncta uetustas
Quottidieque noui casus regumque ducumque.
Præterea nullam fortunæ commoda laudem
Præstiterint nobis.laus est in corpore nulla.
Non & enim nobis laudi sunt:quæque fateri
Nostra minus quimus.nam nec sunt nostra putãda
Quæ nemo præstare ualet.quem ceperit ullus
Laudis amor:petat hanc ex sese:luceat intus
Vis animi:mentis rutilans & fulgida lampas
Splendeat:ac radios longe lateque coruscans
Emittat:doceatque aliquid uel corpore maius
Aut animo melius multoque beatius illum
Humano generi diuumque hominumque parentẽ
Inspirasse Iouem:nec enim diuinius esse
Mente potest quicquam.nam sicut corpore seruat

Sese animus:sic mens animo seruatur & hæret.
Cunque senex Samius numerũ qui se ipse moueret:
Esse animum statuit.numerum statuisse putatur
Mentem ipsam.deus hæc eadem fuit unica magni
Socratis.hæc eadem sic omnibus æthere ab alto
Vna data est:ut cuique suus datus ordine certo
Est animus.Quare sit te nomenque deusque
Dulcis amice iuuat:uera si laude moueris:
Quæ tibi uenturum semper reuirescat in æuum:
Delige magnificam morum mentisque potentem
Virtutem.tecum noctes meditare diesque
Quod Phœbo plaudẽte canunt.nã maximus ille
quid nam dixisse uidetur?
Nempe aĩum ut noris:animoq; & corporis umbra
Quæ mox intereat:sic te constare putaris:
Vt quæcunque animum uis intima mouerit:alti
Aetheris in patriam tandem reditura:labores
Diffugiat nullos:nec se per inertia uolat voluat
Otia:nec Ditis uiscoque & sordibus atri
Intercepta iacens in cunctos lugeat annos.
Quæ natura tibi primordia tradidit altum
Ad probitatis opus:cura omni omnique labore
Si pia prosequeris:clarum tibi nomen in orbem
Diffundens superes summum.licet ipse parentem.
Fortunam modo amice tuam moderare:beatos
Interdum quæ sæua solet temptare per omnis
Horrisonos fluctus scopulisque allidere duris.
At tu fræna manu multa rege prouidus arte.
Aduersis nec uela notis concede trahenda.
Viribus utendum est:tibi quas laudabile præstat
Ingenium.ratione tuis in rebus & acri
Vtere consilio:si uis te dignus haberi.

❡FRANCISCI PHILELFI SATYRARVM HECATOSTICH ON.V.DECAS.

❡HECATOSTICHA PRIMA.

ad philippu Maria duc mediolani

MAgnanie heroũ prĩceps.ſpes unica lapſis
Ac miſeris extrema ſalus ſi affatib⁹ aures
Præſtiteris mẽteq̄ piis:uł digna monẽte
Accipies uel grata tibi.qn pődere qcq̄d
De rerũ ſtatuas:pietas tamen ipſa ꝓbetur
Noſtra tibi ſimplexque fides.age maxime princeps
Te facilem mitemque meis hortatibus adde.
En duo præſtantes populi.quos ſæua ui ciſſim
Vel fraus uel fortuna premens agitatque trahitque:
Nobilis Ethruſcis longeque illuſtris in agris
Exul ab urbe ſua uariiſque laboribus actus
Quique inter Ligurum ueteres micat altior urbis
Milite ab Herculeo:propius ſeſeque ſuaſque
Vt res aſpicias:en ſupplice uoce precantur.
Quo faciem uultumque ferox auertis?an hoſtis
Te uetus incendit:turbatque licentia Tuſci?
An potius Genuæ mouet inconſulta rebellis
Factio?magnanimi eſt iniuſtos temnere motus.
Parcere.clæmentis.ſed quos iniuria uexat:
His ferre auxilium tetroque leuare tyranno
Munifici eſt iuſtique animi.uirtutibus hiſce
Si morem penitus:ſi morem geſſeris:omnes
Inuidiæ ſtimulos ſuperans ac Neſtoris annos
Immortalis eris.quid enim timet inclyta uirtus?
Non hãc ignis edax.nõ hãc fremibũda Charybdis.
Terrarum cæliue furor.non denique peſtis
Vlla minax terrere queat.nam ſola fatetur
Ipſe deam ſeſe uirtus diuumque parentem:
Nonne uides itidem tibi nunc contingere:uictus
Quod Crœſus ſardis Lydoſque & Lyda regna

Dixerat in prædam multo cum sanguine Cyro
Vertenti: Genuensis ager uastatur: id omne
Damno appone tuo. rapitur castissima uirgo:
Hinc trahitur matrona: puer diuellitur illinc:
Id tibi iacture est. portantur mille talenta:
At tua portantur. miseranda strage uirorum
Mille perit: pereunt: qui uiui teque tuumque
Nomen ad astra ferant. quid uerbis immoror: uni
Detrimenta tibi. quicquid Genuensibus ipsis
Infertur cladis: numeres licet. ignis amicis
Ingeritur cædesque tuis: non uritur hostis:
Parce tuis: aut parce tibi. deliquerit unus
Quamuis aut pauci: quid cunctos crimine ab uno
Ad pœnã exitiumque uocas: Genuamne uerendã
Maiestate sua terraque marique potentem
Reginam potiusue deam delere labores:
Ingentis ostende animos. errauerit: esto:
Non odio tamen acta tui: sed fraude uel astro.
Quod si dura sedet: si nulla flectitur arte:
Cede moram spatiũq; ægre. medicamina morbus
Immaturus adhuc non excipit. omnia tempus
Demollire solet. tua fac clæmentia cunctis
Præbeat exemplum: quo te uereantur: amentque:
Non metuant: namque est odio quicũque timetur.
Interea eiectis patria succurre benignus
Ciuibus his: quos dia tulit Florentia magnum
Momentum rebusque tuis Italumque daturis.
Hos urbi. quam turpis habet tristisque tyrannis:
Restituas facili prorsus minimo que labore.
Non & enim dirus uiolatus Mundus amatur
Afflictisque animis deceptæ plæbis at aurum
Hunc prius optatumque illi carumque misellæ
Reddiderat: quæ se postquam lachrymãda sup̃mæ
Expositam prædæ cunctisque iacere rapinæ
Sensit: in omne ruit uitæ discrimen. auetque
Se potius mala cuncta pati: quam ferre tyrannum

Immanem tetrumque diu dignoſcere mundum
Incipit eſſe hominem:ſua qui cum ſœnore ſeruet :
Aſt aliena rapax miro ſibi uendicet aſtu.
Ergo tuæ fuerit:qua præſtas omnibus unus:
Dux ingens lumenque ducum ſplēdorq; Philippe
Iuſticiæ:iniuſtis hominum conatibus obſtans
Vt tueare probos.aſt iis iniuria preceps
Quos habet obſtrictos:te formidabilis ultro
Obiicias.magnam peperit uictoria laudem:
Qua modo tot ducibus tot regibus acre ſubactis
Caiectam horribili præda facibus leuaras:
Captiuoſque tibi miſerans ſeruire negaſti.
Maiorem mihi crede dabit.cepiſſe uirorum
Nobilium partes:illiſque tuliſſe ſalutem :
Qui ſunt ſæpe auſi tecum certamen inire:
Deque triumphali contendere laudis honore.
Carcere ſoluiſti:qui cum tibi ſemper amicus
Ante fuit:nulla ſe cauſa reddidit hoſtem.
Liberet exilio tua munificentia:qui te
Hoſtili ex animo quo ſemper inarſerat armis :
Et ſtudiis & amore pio ſeruetque colatque.
Abſtulerat Genuam tibi proxima gloria Martis.
Verum hæc nō Genuam ſolum tibi maxima uirtus
Conciliare queat:ſed quicquid reſtat inultum
Aut intemptatum Latii per aperta per omnem
Nubiferum montem:tibi conciliare uel ultro
Subieciſſe queat:quod ſi neglexeris. at me
Contineo.uatum mens eſt præſaga futuri.
Non autem neſcis:quid Florentina tyrannis
Nunc agitat:quid alit monſtri:quo dirigit arcus.
Conſule uirtuti.propriis aut proſpice rebus.
Aut ſaltem Italiæ miſero terrore labanti.
Tendentique manus.teque & tua ſceptra petenti
Auxilioque ſuccurre deum certiſſima proles.

❡Hecatoſticha ſecunda.

O Cui religio concessit nostra supremum
Fulgore sūmumq; decus:cui rector Olympi
Ipse suas mandare uices & credere terras
Nil ueritus fœlix humanis sydere dextro
Consuluit rebus:frontem præstare serenam
Tranquillosque animos admitti pectore mentem
Si fortasse uelis:id quod mihi clarius ipso
Est Phœbo:nihil audieris non utile rebus
Consiliisque tuis.paucis attende loquentem.
Si nostro natura bono prospexit:honestum
Quis neget esse bonum:cum nos effinxit ad illud?
Quis uero pater alme bonum prodesse negarit?
Mentis inops igitur fuerit:qui quicquid honestū ē.
Vtile non ducat.quare si turpiter actum
Et cum flagitio quicquam sit:inutile prorsus
Esse patet.sunt hæc & enim contraria nostris
Sæminibus ueroque bono.sed dictio quorsum
Tendit nostra premens?quo flexos dirigit arcus?
Da pater:effari liceat:quæcunque fidelis
Fert animus.ueniam placidus concede loquendi.
Factio Romulidum stimulis agitata furoris
Iam tanto sceleri sese ipsa obstrinxerat amens:
Vt sub uincla tuo Franciscum sanguine cretum
Iecerit o qualem quantumque in Cardine diui
Custodem templi.te sic uiolauerat omni
Impietate furens.quin sic afflixerat.ardens
Irarumque odiis sæuaque cupidine cæcæ
Mentis:ut abiectæ mors optatissima uitæ
Anteferenda foret.quid enim non fecit acerbi?
Non prædæ fueras.cunctis spoliatus amicis?
Nonne domi miserandus eras seruatus atroci
Præsidio:donec carcer magna arte parandus
Te caperet?sed qui tandem foret exitus huius
Immanis sceleris?certe ut deiectus ab alto
Culmine uel tristes humilesque miserrimus annos
Exigeres:fieres Gabriel e principe terræ

Ad [illegible] pontificem

Eugenio. Gabrielque minor: uel durius ipsa
Ira dolorque nefas siquid potuisset: haberes
Vnde tibi auxilium miseris in casibus? unde
Spes erat ulla fugæ? quis non te liquit? amicus
Quis non hostis erat? quis non uirtutibus altis
Inuidet? & faustæ quis non se accommodat omni
Fortunæ obsequio: non maxima doctus amoris
Argumenta putes: siquis te rebus in aspris
Et colat: & summo positum discrimine præsens
Liberet: hic fuerat qui nunc & pauper & exul
Florentinus opem nunquam tibi ferre senatus
Destitit: horribili donec te ex hoste recepit:
Inque suis laribus statuens ab imagine lœti
Eripuit: lucemque dedit. quid pluribus aures
Obtundo pater alme tuas: quod tempore diro
Aerumnisque tuis summum præstare licebat
Præstitit officium facilis. nullique labori
Nec sumptu trucibusue minis tristiue periclo
Pace referre tua liceat modo uera pepercit.
Hinc est prima mali labes. hinc omnis origo
Exilii cladisque fluit. nanque illa latronis
Impia sacrilegi mox coniuratio Mundi
Subsidiis adiuta tuis potiusue tuorum:
Non & enim talem se seruantissimus æqui
Poluerit meus Eugenius: quod territat nunquam
Et prostrata ausa est nedum sperare. sed ullis
Artibus aut opibus cuiusquam hominisue deiue
Ne exoptare quidem: nullis est apta periclis.
Nobilitas ueneranda suis e sedibus omnis
Truditur insidiis. patriis fugit exul ab oris.
Vndique decretis amplis mercedibus auri
Quæritur ad lœtum. sicis tetroque ueneno
Certatur. nullusque locus tutatur euntis.
Væ fallax fortuna bonis: quam cæcus & amens
Is fuerit: quicunque tuis se fraudibus addit.
O pater Antistes quinam est: qui nesciat ullus:

Hic bene quam de te meruit uenerabilis ordo:
Vir bonus & ſapiens ſi nunquam ducere dirum
Ambigit eſſe nefas:cum non par gratia lato
Redditur officio:quis oh cruciatibus illum
Torquendum.qua peſte putes.qua morte petendũ:
Si bene quis paſſus referat male:cuine Megæræ
Iſtum age deuotum cenſes:ingratus haberi
Qui uoluit:uitii nullius ducitur expers.
Nil pudet ingratum:quem nil pudet:omnibꝰ æque
Flagitiis ſeſe petulans obſtringit & audax.
Quare age iuſticiæ cultor:ſeruator honeſti
Quo magis undiuago nemo fuit alter in orbe:
Aut eſt:aut ueri ſiquid mens augurat.olim
Gratus erit conuerte oculos:mentemque ſagacem
Excute.teque tuis penitus ne credito:qui te
Decipiunt:monſtrantque malum:qui ſolus abũdes
Integritate animi:nota nam tibi rurpis inuſta eſt.
Vnus enim a multis ingratus duceris & qui
Sordidulos pergas quæſtus præferre decoro.
E famulis dominum nam coniectare ſuerunt.
Num præſtare putes furacis fœnora Mundi
Laudibus exacti titulis meritiſque ſenatus:
Perfidiæ ne fides cedat:Mundone latroni
Te tradas:fraudi ne fidem pater optime præſtes:
Si pius es:pietatis obi pia munera.ciues
Eiectos patria:patriæ rogo redde gementi.
Sin mens grata iuuat.meritis ſuccurre.ſubactam
Quam per te miſeri patriam amiſere:repoſcunt.

¶Hecatoſticha Tertia.

DIcite:qui colitis ſub religione ſeuera:
Cæleſtis qcunqꝫ globi moderat̃ habænas
Humanũqꝫ genꝰ ꝓprie ſub imagine mẽtis
Finxit:& ex illo quod non erat ante creauit
Cuncta deus:quam ſpem nobis affertis Olympi:
Multa quidem in nobis damnatis iure:quibus uos
Forſitan intacti uitam ſeruatis honeſtam.

Contra Monachos Ambiciosos et ypocritas

Attamen ambitio cruciat uos intus & extra
Quam nos dira magis mens ambitiosa quietem
Nescit. & in sæuos labi plærunque furores
Effrænata solet: quæcunque superbia tristem
Inuidiam genuit simul hanc genuisse uidetur:
Est igitur germana quidem comes atque ministra
Inuidiæ ambitio: quæ uos noctesque diesque
Vna sacerdotes stimulis male torquet amaris.
Nec mihi nunc illos mens est damnare: feroces
Quos & equi mulæque niuis candore nitentes
Hispanæ uexere altos in uestibus amplis
Ac longis facieque simul uultuque tumentis
Nanque etiam stultus: quales sunt: iudicet istos
Ast alios loquimur: breuior quos ralla breuesque
Inuoluunt tunichæ: quorum nec linea uestis
Vlla cutem mollit. sed quæque per aspera uitam
Pallenti ducunt macie. qui frigus & æstum
Aequo animo perferre ualent. potuque, ciboque
Contenti tenui uigilant castique piique.
Verum scire uelim: qua uos pietate quibusue
Præceptis fidei: quam uobis dicitis unis
Seruari egregie: tanquam seruetur in olla:
Occupat ambitio: uultis laudarier uni
Vultis honorari: cupitis popularibus auris
In cælum ferri. uobis ni cedere cunctos
Senseritis: stomacho penitus mox nausea surgit.
Vos humilis animos laudatis missaque ceruix
Subiectam despectat humum. sed uultis haberi.
Ac dici digni: totus quos Mundus adoret.
In uobis igitur uirtus non funditus hæret.
In quibus hæc penitus radices fixerit amplasq;:
Haud patitur secum uitii concrescere quicquam:
Nec simul esse potest. quare qui dicier optat
Censerique bonus: uitio se liberet omni.
Ecquis enim nescit: quantum ferat ipsa nefandi
Flagitii ambitio: furit ambitiosus in iram:

Dum minus assequitur:quod tanto ardore cupiuit.
Hinc odit:carpitque probos: fraudesque malignas
Cogitat:innectitque dolos:passimque uagatur.
Fingens multa malus laqueos & rætia tendit
Inuidus:ac nunquam tranquilla mente quiescit:
Donec agat:quod alit diro sub pectore uirus.
Eia age qui solus uis dici sanctus & unus
Integer:in populum dum das præcepta superni
Intemerata dei.referens:quæcunque reliquit
Discipulis seruanda suis hominumque deumque
Ille pater Christus:dũ damnas murmura linguæ:
Cur tibi non uellis linguam radicitus omnem
Ordinis eiusdem socio qui detrahis ultro?
Hic laudat sese uitæ morumque sacerdos:
Qui sit inops linguæ & gestu iniucundus inepto.
Rhetoricem summis extolit laudibus alter:
Quæ ualeat populos quo malit:ducere uerbis
Appositis.doctrina placet:cui cætera desint.
Denique quis alii careant:atque affluit ipse:
Callidus hæc uitio ingenti dat quisque sacerdos
Ignarus:populi qnid de se corde uolutent.
Num fortasse putas adeo nos mente carere
O tu:qui domini tradis præcepta docendo:
Vt fraudem nescire tuam morbumque latentem
Credideris? magnus te certe detinet error:
Ambitione furis.uulgi fallacibus auris
Duceris.inuidia penitus miserande laboras.
An dubitas:cum te delectat gloria mundi
Vana quidem & fucatus honos:fore protinus: ut te
Deficiat cæleste bonum? quin falleris amens.
Nam neque te splendor sequitur:quẽ uanior ambis
Nos & enim dum te iactantem multa uidemus
Carpentemque alios:tacito contemnimus omnes
Iudicio:stultumq; simul paruumque uocamus.
Præterea multum per uitæ exempla nocetis
Vestra sacerdotes.quis enim cum uiderit ista

Peste laborantis:quos conuenit esse magistros
Viuendi.nobisque duces cupientibus astra:
Non etiam ipse petat laudẽ? non flagret honorem?
Obtrectet? carpatque procax liuore citatus?
Aut humilis igitur per morum exempla gerentes
Demissosque animos omnem contemnite fastum
Mundanasque auras contenti mente deoque:
Aut rallas tunicasque artas crassumque cucullum
Ponite.sumentes sagulum roseamue lacernam:
Atque ambite leues:cunctis maledicite coram:
Et quales alitis:talis ostendite mentes:
Nec simuletis eum uultu:quem pectore nullum
Concipitis Christum.plebes inimica bonorum.
At uos o ciues monitis attendite nostris.
Nulla sacerdotum:capiant uos uerba liquore
Fusa salutifero:siquid fucata ueneni
Intus habẽt:nec enim ꝓsunt:quæ nectare mixtum
Virus alunt:hominum nam perniciosius ullum
Esse genus nequeat:quam qui probitatis in umbra.
Dum uitium nutriunt:quod non sunt:esse uidentur
Maius enim fallunt pietatis imagine fræti.

Hecatosticha quarta

QVantus in humanis dominaẽ mẽtibus error
Nã ratio quos recta iuuat? permotio pectus
Omne rapit.nemo sese cognouit:amatue.
Hic timet.ille cupit.dolor hinc furit.inde uoluptas.
Causaque nulla premit.stimulis agitamur amaris:
Cum nobis liceat tranquillam ducere uitam.
Quod si nos finem.quæ sit factura beatos:
Nossemus miseri:feruentis pectoris error:
Qui nimis inualuit:nullos agitaret in æstus
Ille cupit nummos.hunc Cypridos arma fatigant.
Alter honore nihil ducit fœlicius.istum
Integritas sensus in primis urit amata.
Cognitio rerum.quas non intelligit:altas
Hunc rapit in flãmas.alium dominatus in omnis

Præcipitat pœnas.alii ſtimulantur & unis
Finibus & geminis:qui nec ſibi pectore conſtent.
Actio fœlices facit hos.ſpeculatio quoſdam.
Sunt:qui fœlicem nunquam ſibi tangere uitam
Poſſe putent:pariter ni contemplentur:agantque:
Quæ uirtus ueneranda iubet.uirtutis inani
Nomine.non finis ducti ratione beati.
Num quia pugnando ſæuum cõtempſeris hoſtem:
Nec dulci tactu uincaris:& omnia iure
Cœtibus in mediis ciuili geſſeris:ac nil
Te lateat:quod ſit facturum commoda uitæ:
Fœlix ſtultus eris?quam falleris omnia ſenſu
Non recta ratione uidens. conſiſtere ſummum
Hiſce bonum ducis:quorum uis omnis & uſus
Vix te tollat humo?non ipſa ſcientia poſſit
Reddere fœlicem.nos ars.nec quicquid in omne
Sit mortale genus ſollertiuſ.altius illud
Conſpexiſſe bonum liceat:quod origo fouenſque
Eſt finis cuiuſque boni.perducere uirtus
Illuc nulla uallet morum.ſapientia tantum
Id pia præſtiterit regem ſpeculata deorum.
Sic igitur cunctas uirtutes quiſque ſequatur:
Nil ut in his poſitum magni putet:ipſa regendi
Quæ tenet imperium:pia ſi ſapientia deſit.
Ergo dei cultum noctes ſeruare dieſque
Nos decet:ut quos ſpes promittit certa bonorum
Extremum:liceat nobis aliquando potiri
Atque frui.nec enim præſens facit ulla beatos
Vita hominis:ſed quæ cælo celebratur in alto.
Illic nulla furit bilis.non cæca uoluptas
Ingruit:aut mærens torquet uæſania pectus:
Sollicitatue metus.non perturbatio mentem
Vlla queat mouiſſe loco.ſunt gaudia nullis
Motibus æternas animis præſtantia paces.
O genus humanum quæ te tam dira fatigat
Fare.lues?quæ peſtis atrox te funditus urit?

Hic liuore furens odium nutrit ille subactum
Ardet adulterium.nummos gemit alter ademptos.
Quisque suas patitur pœnas.nunquamque quiescit
Irrequietus homo.nec se tamen ipse laborat
Nosse miser.nec iter.primis quod gressibus intret:
Mollitur.quid agat:nescit.morumque bonorum
Ignarus.rationis egens errore uagatur.
Læuem sperne cutem.lætum contemne colorem.
Membrorum faciem mira compage decoram
Despice.nil dignum:quod uel mirere:uel ullis
Laudibus extollas:in corpore cernitur omni:
Præter id:indocti quo de doctique loquuntur:
Contenduntque graues:animi quod nomie signāt.
Hunc dixere alii numerum:qui se ipse moueret.
Mentalisque solet dici substantia & ipsa
Mobilis e sese numeri pro lege decentis:
Entelechia etiam:tum conuenientia quædam:
Corpore quam pariter seruent elementa sub uno
Quattuor. hinc aliis uerbisaliisque notatur
Nominibus: quæcunque tulit prior illa uetustas.
Nos animi nullo capimus discrimine nomen:
Quem deus ipse creans nullo de semine:pridem
Quod foret:infundit nostros.quos fingit.in artus.
Hunc igitur quoniam melior natura creauit:
Quo uel semper agat:uel contempletur:agendo
Pro ratione paret.patriam quod ducit ad arcem:
Cautus iter:morum fines intelligat omnis
Ad sūmum debere bonum.quod spōdet Olympus:
Contendi.ipse deus qui nos præstare beatos
Fœlicesque potest: uitalis totius huius
Curriculi calx est:quo qui peruenerit omni
Mole uacans:hilares æternus transigit annos.
Cur igitur sit tanta tui tibi corporis huius
Cura miser? pinguem quid nutris uermibus escam?
Hoc tibi cunctorum dux est causa malorum:
Quippe quod inuadit partis melioris apicum

Hospitium:completque.premēs horrore maligno:
Inducitque feras:penitus quibus æstuat atram
In rabiem:nullamque ualet sentire quietem.
Exteriora quidem.casus quibus imperat:ullo
Nomine digna boni qui censet:stultus & amens
Sit mihi.nam qui certa queant sociare nefandos:
Quæ bona sunt:uel eos uon effecisse beatos
Congressuque usuque suo? quin corporis ista
Non animi causa:si quicquam denique præ se
Vllo ferre potest bonitatis nomine dignum:
Inuenit natura homini.sic omnibus uti
Iis igitur par est:quātum mortale cadauer
Pareat imperio mentis: quæ sola superni
Incorrupta dei similes nos efficit omnes.

Hecatosticha quinta.

I:Iuuenem egregium Pataui q claustra supbi
Incolit:& tristi deplorat tempora fato:
Strozigeuā solare meū mea nata qd hæres?
Dic age magnanimo genitus Pallante:quid anceps
Tecum animo uersas? gemis en:quod nulla refertur
Gratia pro meritis:patrias quibus integer arces
Regnaque seruat honos? pulsum qd abegerit ægre
Cum genitore pio peregrinam liuor in Vrbem
Impius? infami quod dirus crimine temptet
Clarum abolere decus? turpem quod inurere certet
Obscœnāque notā? gemis hæc mi Stroza? qd ergo
Dic magis ingemeres:siquæ tibi crimina falso
Obiicit inuidiæ rabies:obnoxia culpæ
Censeres? animos deterret opinio uulgi
Insani? uulgi rumor temnendus & aura:
Si sapimus.ueræ laudes & præmia celsæ
Virtutis:quæcunque dedit:tibi rebus & ipsa
Integritate uigens uitio uacat optimus omni.
At uos cuncta simul deflæt respublica tales
Amisisse uiros:quanquam respublica prorsus
Victa potest nihil.heu nostri scelera ultima sæcli.

Ad honofrium
Strozam florentinum

Quos latet Ausoniæ populos: quanto ære. quibusq;
Subsidiis patriam. qua mente quibusque periclis
Fouerit ardentis Pallas discrimine belli
Nuper in extremo: qui pacem solus & oti
Spem peperit. qui solus adest: dum cætera passim
Turba fugit nummisue inhiat: solusque ruentes
Bis redimit ciues? hæc tecum mente uolutans
Forte doles. patriæ casum tristemque ruinam
Extremumque malum. quod cōminus īminet urbi:
Si mi Stroza doles: pius es: talique dolori
Ignosco: tecumque simul doleoque: gemoque.
Quis mærore uacet: pressam cum uiderit urbem:
Qua nihil in totum despectat pulchrius orbem
Phœbus: ab Eois qua surgit fortior undis
Vsque sub occidium defessi marginis æquor?
Ast ope nunc opus est: nam si incrementa dolori
Accedant: penitus te moles obruet: austris
Qualis in Euxino crebrisque aquilonibus acta
Pinus uicta perit: maius si forte labanti
Accumuletur onus: crescatque in pondera pōdus.
Quod tua si te causa mouet: si mæror Honofri
Mergit eo: quod te priuatim damna sequuntur:
Error habet mentem penitus: quin falleris ultro:
Ac recta ratione cares. quæcunque tulistis
Munera in altricem patriam: ciuesque: uel isto
Consilio uitias: nec enim nos nostra mouere
Debet ad officium: sed pensi ducere causa:
Nam pretii satis est operis mens conscia recti:
Gratia cui petitur: fœnus deposcitur: uno
Quo uitio crimen non est indignius ullum.
Nec mirum est: liuor si uos exegit ab urbe:
Semper enim: sequitur uirtutem liuor. & una
Gloria. quæ radiis liuorem splendida perdit
Denique. Thersitæ nemo. nemo inuidet uti.
Thesea quin etiam. quod uulgo fertur: Athenæ
Ingratum nimiumque leues fecere parentem.

Scipiadæ patriam quem seruauisse ruentem·
Et Pœnum pressisse ferum.durumque rebelli
Imposuisse iugum perhibent:stat gratia tanti
Exilium meriti.pateris nil durius:omnes
Quam clari consuere uiri.damnata Camilli
Est pietas.cunctis inuisa Themistoclis ingens
Gloria.nimirum plebs omnis semper & omnes
Ingrati stulti.satis est:quod perfidus olim
Ipse etiam exilio liuor rubet:atque fatetur
Vos indigna pati:uerum Pallanta uerendum:
Indigne ne forte ferens mala tempora.rebus
Consulat:& ueteri patriam legesque patresque
Restituat laudi.probitas suspecta parentis
Visque diu perspecta tuæ generosior altæ
Indolis atque animus uulgi contemptor inertis:
Et sceleri infestus nimium nimiumque beatos
Censeo:quod facinus iuxta mi Stroza ueretur:
Ac timet.o igitur nimium natumquè patremque.
Fœlices:quos Mundus iners & perditus odit:
Atque rubet.Verum mihi quæ sententia surgat:
Paucis in medium referam:si intenderis aures.
Tempus nosse decet.rerumque hominũque tenẽda
Est semper ratio.uis siqua ferocior urget:
Constanter tolerata cadit.tibi rebus in asptis
Est opus ingenio.facito:ne expectoret ulla
Consilium formido tibi.cadat impetus omnis.
Qui ratione caret nimio turbatus ab æstu:
Consilio careat:careat grauitate:necesse est.
Quare age luctantis curas mæstosque dolores
Eiice.teque tui similem similemque parentis
Pallantis seruare para.moderare furorem.
Ira uacet.cedant gemitus motusque rebelles.
Vtere consilio.sis fortis in aspera.nusquam
Cede malis.nec enim nostras insana uicissim
Res fortuna premit.fatorum nulla potestas
Ingruit.ipsa hominum fraus & discordia turbat.

Vrget liuor edax. tibi ne fiducia desit.
Nanque diu licet esse nihil: quod fraude paretur
Aut ui: iusta deus firmat. contraria soluit:
Qui quamuis plærumque bonos torquere flagellis
Sit solitus: quo se melioris reddere pergant:
Tandem magna tamen pergrataque præmia reddit
Atque piis hominum respondit tempore uotis.

¶ Hecatosticha sexta.

Ad mediolanensem[?]

M Vnde tuus rursum uenit mō dire Philippus:
In faciem quicunque tuo mihi noie quōdā
Inflixit uultus: quo me sicarius aura
Priuaret tandem: & tanta te mole leuaret.
Quur adeo tibi nostra grauis: tibi nostra dolori
Est uita? & tantos affert tibi perdite luctus?
Num quia quo possum: faueo. quos ieceris urbe:
Consilio atque fide? quod quæ mihi præmia Sena
Munere pro pulchro statuit: communia mecum
Immerito patria pulsis & fraude fugatis
Esse nolo: nulloque inops discrimine seruo?
An quia te satyræ cruciant: quibus undique notus
Factus es: & nunquam de te stupefacta silebit
Posteritas probrisque tuis? fugis improbe nomen
Immortale fugis? nec quantum fama superstes
Ferre uoluptatis secum solet: improbe sentis?
Nonne ausus quidam templum inflāmare Dianæ?
Nonne tulit regi færalia fata Philippo
Pausanias? clarum quo longa in sæcula nomen
Aptus. item gelidi post tristia fata sepulchri
Viueret: & probitas quam non dabit ulla diurnam:
Redderet æternam scelus indelebile famam?
Ipsa tuæ studeo famæ. tu perfidus atrum
Ingratusque mihi lœtum struis ære doloque.
Nil tamen efficias. nummos consumis & artem:
Nam si forte uetent fœlicia systera: frustra

Tantum sumis honus.sin mi funesta minantur
Fata feramque necem:non desperatio pectus
Vlla tamen terrorue meum subit ultimus.ipsa
Cautio & ingenii uigor indefessus.& acris
Cura.laborque uigil sæuis dominabitur astris.
Nummis parce tuis:patriam quibus opprimis.auro
Parce quadruplator.non est tibi copia nostræ
Vlla futura nescis?nam nec pia sydera cedant
Munde tibi tám triste nefas:nec noster Apollo.
Adde:quod & mortis contemnimus arma minasq;
Nam si cnncta ferox & inexorabile fatum
Interimit:sapiens recte id neglexerit.at si
Quod certum est:meliora parat:quis pectore sano
Si sit opus:dubitet uotis optare triumphum?
Quantum pulchra boni mors afferat:ille monebat:
Melie qui te adiẽs morere inquit:nam nec Olympũ
Ascendes:uigilis quisquis bene functus obiuit
Munere uirtutis carus terræque poloque:
Nil habet:ut doleat uitam liquisse fugacem':
Corporeis quoniam uinclis & mole solutus
Liber & humane cœno purgatus ab omni
Fæcis in astra uolans:dulci optatoque fruetur
Nectare & ambrosia:qđque omni præstat amomo:
Suauis odore Iouis·Q uidnam mihi triste minaris
Aduentare canens supremi temporis horam:
Q ua tibi sim pœnas.quas ipse merere:daturus?
Num biberis Clarii dic uates numinis undas?
Mira & enim reddis nobis oracula.uerum
Oro.caue:ne te breuior iam deserat annus.
Illa mihi magna est magni faciunda uoluptas:
Q uod te summa quidem nobis auctoribus unum
Pestis perniciesque manet.terraque marique
Arma fremunt.Bellona premit.Mars ferreus ultro
Vrget equos.odiis te iustis bælua cuncti
Tetra probi pœnisque premũt.dabis impie dignum
Supplicium patriæ atque bonis.nec longa moratur

Hora.breui uideas ardenti forcipe corpus.
Munde tuum periture trahi.tremulumq; secari
Vndique membratim.spectantibus undique plausu
Ciuibus & superum magne soluentibus aræ
Vota piosque greges pro libertate recepta.
Morte putas auris nostra satiare nefandus?
Falleris.& frustra laqueos intendis inanes.
Ipse tuam spectabo necem.quemque impie porro
Audis inuitus:curru spectabis ab alto
Vinctus.& oh clamans miseri miserescite Mundi.
Quid tibi tunc animi:cum me prope uideris:olim
Quem uentura tibi noris cecinisse latroni
Fata:quibus lueres commissa piacula dirus
Proditor.euersor patriæ.cunctisque profanus
Hostis & infestus:decoret quos aurea uirtus?
Exulibusue doles.quoniam substantia quantum
Nostra sinit præbemus opem:monitisq; fauemus?
O disti officium?uirtus tibi pulchra dolori est?
Oderis.& doleas.rumparis.& intima laxent
Pendentes testes cum spurco uiscera pæne:
Interea quid agis.tuus en sicarius:audi:
Te uocat.oh misero nunc nunc succurre Philippo
Munde tuo.promissa.mihi quæ multa dedisti:
Cur absunt? succurre precor.quur obstruis aures?
Plura uetat præcor constantius ecce Iacobus
Integer & fortis.Mesanæ gloria gentis.
En trahitur populi plausu.cunctisque supremo
Supplicio certant plectendum.currimus ipsi.
Et præstamus opem:quam possumus.ultio talis
Nulla placet.flænti truncantur dextra Philippo
Illa:tuo faciem qua dudum uulnere nobis
Fædarat.tenebris uinclisque addictus in omnem
Est uitam:nobis etiam nolentibus ipsis.
Pone modum sceleri tandem.numemque meméto
Esse aliquod:latuisse nihil quod possit:& omnem
Quod uideat mentem:secretaque cernat:& omnes

Iudicẽt:ac referat pariter fontique pioque
Pro meritis.surdo narratur fabula Mundo.

ℭHecatosticha septima.

PHœbe panormigenæ ꝑpera succurrere uati.
P I celer.in magno positus discrimine magnis
Cladibus obiicitur.sua nec uidet ipsa pericla
Bambalio tristis.en miscet Poggius hærbas:
Quo uitam mentemue furens animumque poetæ
Erripiat dio:tanta est tam dira premensque
Inuidiæ rabies surgensque libidinis æstus.
Mensque assueta malis.nũquamne prosane redibis
In rectum probitatis iter?nunquamne redibis
Bambalio?sed qui redeas:quo nequior isti
Nunquam:qui primo facinus cum lacte bibisti
Nam quid Alexandri.Veronæ dulcis alumni
Trunca manus Venetusue puer.Patauiq; cathænæ
Quid fraudes.quid mille dolo repetantur.& ipsi
Immanes coitus ac plusquam barbara uota?
Contemptusque deum.sacri ludibria cultus?
Gutius ipse pater.si malis forte parentem
Hunc tibi quam uulgus:te lœti accusat:habetque.
Auctorem causamque sui scrutare sororem
Clodius.at matrem fingis reddisque Iocasten.
Quid mirum si Becta tuo concesserit igni?
Becta prius dicta est:quo tempore lustra teneret
Liberius:fuerat quondam sub Moseos alis
Bellatrix Iacoba nigræ fortissima noctis:
Quidmirum si Becta tuis immanibus ausis
Cessarit:Arcadico quæ se submittere neruo
Ausa sit?ut malum mulus inbiisse merentem
Sæpe soles.facinus tibi nullum.nulla supersunt
Flagitia intemptata tibi.nisi caueris ergo
Poggius Antoni Codro comitatus & Vti
Exitium.Pathicos quod tris conuertat in ipsos

Iupiter:acre tibi nobisque parabit amicis.
Accedit:quod spurca Venus turpisque libido
Bambaliona premit.puer est tibi scitus & ipsa
Conspicuus forma:qui nec Ganimedis honori
Cedat:& in cuius sese miretur Apollo
Sydereis oculis.hunc Poggius ardet.amatque
Non animum:quod docta monent decreta Lycurgi
Sed corpus leuemque cutem:tibi dira minatur
Fata:suis postquam te nouit amoribus unum
Obstare.& puerum noctesque diesque uocare.
Ad deus.ad laudem uirtutis præmia claræ.
Improbus ingenio rabidaque libidine feruens
Insanit liuore citus:quo semper in omnes
Aestuat:insignis pulchra quos uiderit ulla
Arte uel ingenio.nosti nos uera loquentis
Iampridem expertus Romæ:quæ monstra pararit
Iste tibi:cum te digno insigniret honore
Maximus Antistes:cum Bambalione gemente
Et tendente manus ad sydera.terque quaterque
Vociferante:pater quid nos sanctissime damno
Afficis extremo?sæuo cur obiicis hosti?
Cætera non refero.nosti conuitia:uerum.
Id pulchrum mirumque fuit.cum denique finem
Facturus.misero gemitu lachrymisque perorat:
Oscula pontificis pedibus uinosa daturus:
Ore ter heu dixit.ter podice grande pepedit.
Totus es orator Poggi.tu solus utroque
Gutture grandiloquus ualeas suadendo mouere
Horrentis cautes.& sæuas flectere Tigres.
Totus es orator.loqueris culoque cinædo
Oreque.quo lassos consuesti surgere neruos.
Heu heu me uomitus penitus male uexat.& ægre
Nauseo.te superi perdant spurcissime Poggi.
Difficilis nobis geritur prouincia:qui de
Moribus in satyra loquimur:quo tempore diro
Prodigiosa uigent Thyrrena per oppida monstra.

Iamque erit illa dies.id quod pia numina præstent:
Quum nos ficta putent & non credenda locutos.
Quinetiam remur multos nunc esse per urbes
Ausonias:qui de sese documenta trahentes
Casta probi.sceleris quicquam apposuisse supremi
Ad cumulū nos forte putent.nam qđ uel ad omne
Humanum crimen natus sit Poggius:omnes
Concedunt.non ipse audes Nycolae negare.
Ne tu Codre negas.ast hæc immania nemo
Prodigia.exceptis uobis.qui semper eadem
Peste laboratis:uel quisquis uiderit Arnum:
Nemo uera putet:quanquam maiora referre
Quam quæ ausim:quanq̃ sunt longe immania lōge
Tetra magis:quam quæ satyræ committere fas est.
Quare age uerte gradus.teque istinc subripe fato
Antoni rogo:parce deas spoliare poeta:
Nam sicas uibrare istic.nigrumque uenenum
Spargere.& insidiis omnis superare probatos
Edidicere uiros. laqueos precor effuge Poggi
Et Codri & Nicoli.cupidis te redde camœnis.
Præterea siquid tibi nunc conceditur oti:
Pontifici me quæso:libens commendet amice
Eugenio tua musa patri:referatque Philelfum
Haud animum mutasse loco:quin semper eundem
Me fore:quem nouit:quo primum ornauit honore.
Inde Leonardum nostro quoque nomine Tusci
Mellifluum eloquii fontem saluere iubeto.
Aurispæque meis uerbis dixisse salutem
Si forte oblitus fueris:ne dicere musses.
Huncque uelim moneas:ni Bambaliona cauebit:
Quid Pisistratius legiqne aduersus & æquo
Mos ualeat:lumbi experietur & ipse dolore.
Nam neque barbatis parcit tua mentula Poggi.

¶ Hecatosticha octaua.

Quando patrem patrie liceat te iure uocari — ad Raynaldu
Ciuibus eiectis spes o Rainalde suprema?

Quando feres tenebris lucē? quando impia tristi
Prodigia e patria deturbans digna triumphis
Præmia constitues? tibi que mora longior obstat?
Aspice: quas uires præstat fortuna potentes
Hinc populi regesque fauent. hinc iusque deusque
Tecum bella ciet. clamant iuuenesque senesque.
Libertatis amor cunctos tenet. undiue Mauors
Ingruit: atque tuis sese pater optime signis
Ascribit. tibi se totum debere fatetur.
Principis anguigeri. quo se natura creatrix
Surgenti qua terra patet uergitque cadenti
Littus in hesperium Phœbo: iactatque: suumque
Tollit in astra decus: pugnaces aspice turmas.
Hic uelut Alcides cunctis: quos improba fudit
Factio: quos rabies. quos dira iniuria pressit:
Præstat opem. uiresque ferens se mittit in arma
Hunc olim: expertis nimium meminisse necesse est:
Luca probat. uictosne pudet? pudor ergo nefandos
Pucinos. rabidumque premat cum fœnore Mundū
Mundus erat: qui Luca tuum spoliare tyrannum
Aere uolens grandi ius fasque decusque profanus
Omne simul rupit. pacem turbauit. & ignes
Intulit. ah cæci rabies auidissima Mundi
Quid uetus exemplū repetam? quid mille trophæa
Aspice: quos populos: quos reges strauerit una
Nuper classe ferox: premerent cum mille carinæ
Te Caieta mari: cum mœnia clauderet hostis
Innumeris turmis ducibusque potentibus ille
Alphonsus regum rex præstantissimus unus.
Si penitus uerum liceat quæsisse: Philippus
Nulla alia ductus causa discrimine tanto
Tantum cepit honus: nisi quantum nomē honesti
Iusticiæque decus suadebat. uincere pulchrum
Est alios uerum longe puto magnificentius esse.
Vicerat ingentem fortunæ flatibus usus
Aequoreo sub Marte uirum: qui semper in omnem

Euentum sese summa probitatē uerendum
Præstitit.hæc laus ingens.ast ingentior ægros
Continuisse animos:frænumque tulisse furori:
Atque odii flāmas in uim mutasse benignam
Dulcis amiciciæ.nam postquam cernere coram
Alphonsum licuit:grauibusque affatibus uti
Principis inuicti:fortunam uincimus inquit
Rege sub Alphonso:non regem uicimus ipsum.
Nec modo dat ueniam capto:sed dedit & urbes
Vt captus uiresque suas:& quicquid amoris
Inmensi dulcedo iubet non præda Philippum
Non aurum non regna iuuant:qui nominis aura
Ducitur æterni:pariat duod maxima uirtus
Hunc igitur Rainalde ducem cupientibus astris
Delige:qui profugos ciues patriæque suisque
Restituat natis.patriæ Rainalde subactæ
Consule:nam patriæ debentur munera prima
Pone tibi ante oculos miseros cum coniuge natos
Afflictasque domos.furor hostis & atra libido
In mentem ueniat.quod dedecus absit ab hoste
Impuro nullum fas est:quod seruet iniquus.
Omne quidem turpe est.sed nullum turpius esse
Seruitium Rainalde reor nec durius ullum.
Quam quod flagitio:sceleri insanoque furori
Nequiciæque datur.seruit Florentia Mundo:
At cui:proh superi:seruit Florentia monstro:
Nam qua labe uacat Mundus? crudelis.adulter.
Impius.atque bonis cunctis infestus:auarus.
Sacrilegus.latro.fallaxque ueneficus unus
Dedecus is Tusci.probrum cœnumque perenne
Nominis.ac nostri sordens infamia sæcli
Hanc impune igitur pateris uir maxime pestem
Tam regnare diu? quæ te tam lenta retardat
Omnibus optatum patientia? surge.quid hæres?
Quo minus occurras pandenti uela secundis
Flatibus.& totam tibi se donare uolenti

Fortunæ: ne sperne deam: nam sæpe patentis
Contraxit contempta sinus: & flamina pressit.
Hac si spirãti scisset ferus Annibal uti
Nunquam Scipiam. strages Carthago nec ullas
Sensisset superata uices. hanc magnus obire
Victor apud ueteris si quondam mœnia nosset
Dyrrhachii: non mille duces furor impius esset
Emathiæ: Aegyptus non se temerasset iniquo
Sanguine: non demum periisset & urbis & orbis
Imperium. oblatam qui sortem negligit: ultro
Se miseris adiungit inops mentisque animique.
Verũ ego quid memorem fortunam: numie uulgus
Hanc quacunque suo frustra decorauit ineptum,
Res deus humanas certis moderatur habænis:
Quos castigat: amat. cædit quandoque probatos
Quo meruisse magis studeant. hos denique reddit
Incolumis: augetque bonis: quod maximus ille
Iobq; Dauidq; probat. qcquid deus optimus offert
Nos alacris id ferre decet. permisit ab urbe
Nos pelli patria: modice tolerauimus omnes
Exilii ærumnas. reditum nunc monstrat in urbem
Calle breui: nemo quem sperauisset inire.
Ingrediamur iter: qua nos deus ipsa uocauit:
Non & enim sine mente dei sine numine certo
Auxilium nobis properat præstare Philippus.

ad nudam quarta

¶Hecatosticha. Nona

m Vnde ferũt animi male te cruciarier. ægre
Quod satyra totũ iam diuulgent i orbẽ
Probra nefasq; tuũ. placet id mihi mũde dolore
Non dubiam præbes spem te statuisse nefandis
Ferre modum uitiis. ac turpi soluere tandem
Colla iugo. quid enim demens te credis inani
Fortunæ: quid cæca diu turbatio mentem
Exagitat miserande tuam. quid semper in omni
Flagitio uersaris inops animique tuique:

Sanguine ciuili nunquamne famellica Tigris.
Desieris pasci:nunquam latro impie raptu.
Nunquam sacrilegus furtis satiabere:nunquam
Vllus auariciæ.terræqu e libidinis ullus
Finis erit:pueris nunquam nunquamne puellis
Parcere constituas:incestus semper obibis:
Est etiam cum fratre tibi communis & uxor
Et nati:porro sne iterum sorbesque serisque:
Ah miser ah nimium truculento sydere natus
Semper anhælabis facinus:nunquam ne prosane
Ad clarum probitatis opus fera lumina tollas:
Te satyræ torquent:satyris te dignior alter
Nemo est:qua pressum Nereus circunluit orbem.
Quur igitur scelerum meritis tua præmia nolis:
Munera quur doleas:laus est uirtutibus altis
Debita.non uitiis.si forsan laude citaris:
Quam semper tempsisse soles.si gloria tangit:
Aude aliquid tandem:quo sis laudabilis.atras
Pone faces animi malesani.cæca uoluptas
Langueat:ipse dolor iaceat:pereatque cupido
Ac metus.exurgat ratio.mens obruta mergat.
Oh quam difficile est.qui sese dedidit olim
Flagitiis:reuocare animos ac tollere sensus
Ad ꝓbitatis opus : uerũ incipe Munde quid hæres?
Incipe difficile est.tantũ incipe Munde.sequantur.
Principium leuiora tibi labor omnis eundo
Tollitur.ipse affert ingentia gaudia finis.
Es miser oblitus.quod nunquam perdite nosti
Nos animo constare simul nos corpore cingi
Atque hoc componi pariter terraque marique
Aereque & flãmis:illum meliore teneri
Sæminæ:syderei quod rex effudit Olympi:
Vis diuina animi est:quem si concesseris ipsum
Principio caruisse omni :sic fine necesse est:
Is careat.quod si diuina mente creatum
Dixeris intereat nunquam:seruetque parentis

Immortale bonum simul immortalis oportet
Ergo animus supera noster demissus ab arce
Hanc habitat molem:premiturque leuissimus ipse
Pondere corporeo:totius causa pericli
Est animo corpus:cuius pars altera perstat
Tota sui iuris:recipit nec corporis ullos
Turbati stimulos:nam nec parere:sed arte
Imperitare noua didicit. pars altera mille
Fluctibus obiicitur:rapidasque subire procellas
Sæpe solet:patiturque uolens plærũque supremum
Naufragium:quotiens frænum perferre negauit.
Et clauo moderante regissi corporis huius
Lucifugas habitare casas sordesque iacentis
Sic animus studeat.nullá ut pollutus inerti
Labe.relegatus sua tempora transigat:alti
Aetheris in patriam liber remeabit:& ipsum
Despiciat corpus:dedignetur que tueri.
At si se temere dedat ratione relicta
Corporeis facibus regis qui præsidet arce.
Iussa sui fugiens:patriamque oblitus & ortum
Vimque dei similem:nulloque pudore subactus
Terrenis sese patiatur sordibus amens
Fœdari:temnatque decus mirabilis omne:
Aeterno auxilio mulctatus ad impia Ditis
Tartara turbatur.non una morte premendus:
Qui semper moritur:cũctosque miserrimus annos
Protrahit in luctum uel spe priuatus ad auras
Vnquam euadendi:grauibus sic undique tristis
Molibus obruitur uinclisque & carcere pressus.
Hæc si Munde uelis tecum uersare:uidebis
Quanto errore tuam tua fallit opinio mentem.
Dum nimium gaudes mutata sorte:beatum
Iucundis in rebus agens:non cernis:ut omnes
Quos fortuna magis dilexerit:improba ludat.
Num fragili falsoque bono confidis:& esse
Egregium quicquam ducis studioue petendum:

Quod careat splendore animi? quã falleris amens.
Ambitione tuum pectus mala uexat. amorque
Aeris. & ægra Venus? pressos age discute sensus.
Inspice te. totumque sagax scrutare. quid hæres?
En uox rauca sonat. tibi. lumina more sinistro
Aspiciunt. uultus petulantem signat & omni
Deuotum sceleri. incessu quoq; monstra/ latentis
Nequitiasque animi declaras: oreque semper
Prodigia erumpunt. hæc desere. teq; subactis
Legibus & patriæ. te ciuibus impie redde
Hisce piis. ueniamque rogans te tradito iuri
Iustitiæq; rerum. quæ si tu fæceris: omni
Liber eris satyra: fies Pallinodia. meque
Stesichorum præbebo libens. te laudibus unum
Prosequar. & pleno mihi decantabere uersu.
Sin uitii tetra mersus caligine. nostrum
Consilium renuas: alium tibi quære. cinædus
Bambalio laudes tibi Poggius euomat. ornet
Carolus excussi tonitru de podice uenti.

¶Hecatosticha decima

SEna uale. reuocat nos dia Bononia: primũ
Que ẽduces gremio suscepit dulcis amœno
Cõspicuam postq̃ soluẽtes linquimus urbẽ
Littore de Thracum: tantisq; obiecta periclis
Aequora tam longo sulcauimus aspera tractu.
Non ingratus ero: quod tam iucunda benigno
Quattuor hospitio totos me foueris annos:
Postquam Cosmus atrox patriam ciuesq; tyrannus
Præsserat egregios. facilis nunc Sena petenti
Da ueniam. insidias quas nobis illa tyrannis
Tendat: & in qualis laqueos nos perdere semper
Temptet agens: præsens uidisti sæpe: uenenis
Mollitur sicisque necem. millenaq; fingit
Crimina: quis odium conflet: pestemq; ministret.
Cedendũ est quandoq; mari: littusq; petendum
Tantisper: dum cesset hyems: uentusq; secundo

Ad urbem Senensem

Tendat uela ſinu:quo lætius æquora nam
Traieciſſe queant:exoptatoq; potiri
Portu:qui requiem laſſis & gaudia præſtet.
Hæmiliæ me redde:precor:quæ motibus annos
Belligeris agitata decem:nunc pace quieſcens
Iure ſuo reuocat:docilem quo laude iuuentam
Inſtituam:decoremque probis & moribus urbem
Eloquioque piam.quod ſi non omnia cedis
Poſcenti populo:concedas cara neceſſe eſt
Inſubrium Ligurumq; duci mea Sena Philippo.
Ille & enim totiens princeps clariſſimus unum
Franciſcum placida depoſcit uoce Philelſum.
Idque iterum crebris repetens iterumque tabellis
Exoret dignus tibi ni cenſebitur idem.
Qui totiens de te meruit bene:neſcio:dignum
Quem liceat cenſere tibi.recte annuis.ibo.
Et ſeruabo fidem.me pulchra Bononia primum
Audiat.inde breui poſt tempore grata Philippi
Ora petam:ueri coram cui pignus amoris
Oſtendam fideiq; tuæ:quæ ex omnibus unum
Se mira pietate colens ceu numen adores.
Interea ne Sena nihil prodeſſe monendo
Nos tibi forte putes:paucis attende loquentes.
Cras Iani nam menſis init lætiſſimus annum:
Qui nobis molitur iter:prohibetque morari.
Plura tibi bona ſunt & maxima:quæque benigni
Producit uis læta ſoli:potuſque cibuſque
Ficus.oliua.nuces.& plurima poma.pyrumque
Sunt carnes:quas terra uehit:quas ſuſtinet aer.
Caſeus.oua.croco cum braſſica.rapa.legumen.
Sunt piſces.penes.eſt pulchri copia cunni.
Et tamen urbanus tanquam ſit nullus in urbe
Cunnus:habet pueros : quorum petulanter amores
Ardeat.ac nulli parcat fœdoue bonoue.
Huius item coniunx.natibus quæ claudicat amplis:
Tanquam ſit Senæ rubicundi penis egeſtas:

Sola suæ repetens Sapphus exempla.puellas
Lambit.in obscœnos eadem delabitur ignes.
Nam Galganus eam sibi semper uertere pingues
Sponte nates memorat:referat quasi podice cunnū.
Hoc autem penem.non hæc exempla pudoris
Sunt mea Sena boni.proin consule Sena decoro
Est etiam cinis fur sollertissimus unus:
Qui frumenta sibi furetur publica.nosti
Hunc:cui cognomen cerasus dat Pontica:uico
Qui Martine tuo fumosis possidet ædis?
His igitur censore tribus.qui turpia damnet:
Est opus:ut labes penitus te liberet omnis.
Nil est:quod reliquum non sit laudabile totum
Senatui:modo sit concordia :sola beatos
Quæ ciues factura decus sibi uendicat omne:
Nam quæ tanta tuum turbat discordia pectus?
Otia:tam multo que torpent languida luxu
Quisquis enim laxus conuiuia læta frequentat:
Nec seruare modum didicit:nec nouit habænas
Flectere sermonis.loquitur:quæcunq; pararit
Aut cibus aut potus.furit hinc metus.inde libido.
Nemo suas partis certa ratione tuetur.
Sed furor insanus metitur fasque nefasq;.
Hinc odia & rixæ subeunt.hinc factio mergit
Seditione potens.hinc mox respublica sentit
Damna sui non parua quidem.conuiuia tolle:
Sym bosi faciem quæ seruauere pelasgi.
Sobrius insulsis salibus non utitur unquam
Nec loquitur quicquam:quod lædat turpe sodalē.
Futilis eloquio uel risum præbet inani:
Vel discumbentes dictis offendit ineptis.
Otia tollantur:stolidum quæ uulgus amauit.
Et iaceat nimius qui fert mala plurima. luxus.
Sit labor ingenuus:qui nil ignobile curet:
Sit studium laudis probitatis præmia claræ.
Vrbis amor semper priuatum uincat amorem.

Sit deus in rebus ſolus moderatur agendis:
Ad quem noſtra omnis mens & conſulta ferantur.
Hæc ſi Sena tui curabunt diſcere ciues:
Et ſeruare ſimul:nunquam diſcordia molles
Inuadat uæſana animos:nec pectora turbent.
Nunc quoniam nox alta polum iam uertere cœpit:
Hactenus hæc.ſomnus membris illabitur uitro.
Cum primum roſeis ſurgens aurora quadrigis
Extulerit uigilata diem:patefecerit orbem:
Auguriis lætis fœlici numine diuum
Optatum carpemus iter.memor ergo Poetæ
Sena uale:memori qui te ſub pectore geſtat.

ℭFRANCISCI PHILELFI SATYRARVM HECATOSTICHON.VI.DECAS.

ℭHECATOSTICHA PRIMA.

ad Mariū Philelfū filiū

NAte mari uita mihi carior una uoluptas
Speſq; patri.p̄cepta ſeq ſi nr̄a Philelfe
Perges:te magnū reddes nobiſq; tibiq;
Illuſtréq; uirum.debes parere parenti
Et puer & natus:nāq; oia cernere nōdū
Quæ tibi conducant:certe potes.optima (factu
Aetas ſcire uetat teneræque in pectore uires).
Quod ſi recta patri ſtudeas parere monenti:
Iam probitatis opus magnum præſtabis.at ille
Qui neque per ſeſe ualuit:monituſq; recuſat
Recta ſequi:cuiuſque uir eſtis muneris expers.
Primum nate deum mentis pietate profundæ
Proſequere aſſidua ſupplex.hunc laudibus effer.
Hunc cole:qui cælū.terramque.ignéq;.uolantem
Aeraque.& fluctus miris moderatur habænis.
Hunc autem ſi noſſe cupis:dum noueris ipſum

Te mentẽmque tuam:quæ creditur eius imago:
Perſpicue noris:ſpeculum namque ipſa ſuperni
Noſtra dei mens eſt:hoc eſt qua ſicut apertum
Per ſpeculum penetrare oculis melioribus orbem
Vſque ſub extremum:ſummumq; uidere tonantem
Poſſimus:meritaque frui mercede laborum.
Terge igitur fili ſpeculum quod dicimus:omni
Sorde.nec exterior ſine polluat aura.nec ipſæ
Corporis illecebræ.uanæ fiducia formæ.
Intus adi.totumq; intus te quære.uenuſtas
Oris abit læniſque cutis.manet omne per æuum
Mentis honos corpus moritur.mens aurea lœtum
Neſcit:in ætherias quæ tandem tollitur arces:
Si incorrupta manet.nullius conſcia culpæ.
Nam fortuna boni quid fallax denique tantum
Ferre queat:morti quo cædat uita tremendæ
Immortale bonum?penitus te dedito fili
Virtuti.uitio nullam concedito patrem
Nate tui.ſunt multa tibi ſeruanda.ſed illud
In primis.ſanctum pergas ut obire pudorem.
Siſque uerecundus.factis dictiſque tueri
Tende modũ.Bacchumq; caue Cereremq; uoracem
Hi corpuſque animiq; terunt.genus omne cinædũ
Effuge ceu peſtem.cunctos mi nate profanos
Deteſtare uiros:quos diræ inſania mentis
Tranſuerſos agitans furiæque in corde rebelles
Oblitos fecere ſui:ſexumque uirilem
Flagitium docuere pati muliebre per omne
Et probrum & facinus.cœtus fuge nate neſandos.
Aetatem ſectare tuam.pueroſque pudicos
Selige:quos ſocios habeas dulciſque ſodales.
Et comites.ſiquis te natu grandior ambit:
Blanditurq; ſagax:oculos attende trementes
Ac uarios uultus.ſi nnnc ſtat pallor in ore
Nunc rubor:& medio languet ſermone loquentis
Vox:ſudorue fluit:ſi creber anhælitus ore:

Hunc mi nate caue.tibi rætia tendit:inermem
Sperat.ad insidias se totum comparat.atro
Iam prædam ferus ore tenet.citus otior aura
Proripe te.facito:sua se spes fallat inertem.
Quod siquis non forte cutem.non puberis æui
Ver breue miratus:sed amat:quod amabile cunctis
Est probitate uiris pollentibus: intima rectæ
Indolis indicia:huic tete concede:probatis
Moribus effingat:uitæq; uerendus honestæ
Pandat iter:moneatq; docens:quibus artibus annos
Nestoris exuperes:uiuas in laude per omne
Tempus:& interitum nullum uereare superstes.
Pauca uelim Samio uel serus more loquaris.
Nec quicquam:ni mente prius dicenda uolutes:
In medium profer.cura.mirentur:amentq;
Astantes:quæ dicta refers:ne futilis usquam
Ducaris gratusue minus.ne garrulus ulli
Aut petulans uideare:para.fuge nomina fastus.
Mordacisque malum uita conuitia linguæ.
Insulsosq; sales.audi permulta.parumque
Eloquere.atque bonis facilem præstare memento.
Difficilem nullus studeas te iure uocare
Nate queat.quarum petiisti Thracas amore:
Artibus indulge.nunquam per inertia lecti
Lucifer offendat porrectum strata.nec idem
Hesperus.at uigila.nimius sopor aggrauat artus.
Aggrauat ingenium.pulchros odisse labores
Insomnisque caue.laudem propone futuram:
Si grauis Italiam repetes.si doctus & acer
Eloquioque potens patrias remeabis ad ædes.
At siquando uellis ludo lenire laborem:
Lude:modo seruans.sed ludos lude:quibus nil
Imperitare queat fors fallacissima:cunctos
Alea quos uno declarat nomine.ludos
Delige:qui referant aliquam uim corporis altam
Ingeniiue decus.potes exercere palæstram.

Hippodromoque licet cursus agitare iacenti.
Aut pete sublatas uolucres uolitante sagitta.
Et iaculis capreas coniectis fige fugaces.
Vtere uel numeris cithara modulante canora.
Lude.quibus Xenophon solitum colludere Cyrum
Ludis doctus ait:seu quos Lacedæmone sanxit
Ad probitatis opus mira grauitate Lycurgus.
Ludus:crede mihi:nullus tibi pulchrior alter.
Nec melior quisquam:nec quo magis omnis acerba
Cura laborque uacet:quam si uirtutibus almis
Te penitus dedas.uirtus leuat aurea curis.
Læticiaque animum reficit:redditq; beatum.

¶Hecatosticha secunda.

In discordias urbis bononiensis invehitur

QVã male res habet hæc:ut q̃ tot maxima re⁊
Ornarit natura bonis:discordia uento
Sæua procelloso te sic urbs inclyta gentis
Hæmiliæ cunctis celebranda Bononia terris
Vsque premat:fluctusq; rotet malesana per omnis:
Vt tenuisse tuos nunquam pax annua ciues
Possit:at horrisono semper tua tecta tumultu
Vndique turbentur:uolitentq; & saxa facesque:
Alternæ quascunque manus ualuere pacisci.
Preterit en decimus sol:te cognouimus ex quo:
Vt primum in Latias e Thracum littore terras
Contigit hospitibus Musis nobisque reuerti:
Atque tuæ eloquium moresq; ostendere genti.
Mœnia tum Mauors murosque tremendus agrũq;
Cædibus innumeris.armis uastabat & igni:
Quæ quoniam Musis oberant:quas otia semper
Grata iuuant lætiq; chori:superare coacti
Appenninigenas multo sudore pruinas
Venimus in Tuscam fatis prohibentibus urbem.
Sex & enim soles illic contriuimus omne
Per scelus inuidiæ:quæ nos noctesque diesq;
Insidiis premeret per mille pericula uitæ.
Denique cedentes uentis & fluctibus atris

Exilio postquam tristi Florentia ciues
Mulctabat miseranda pios:quæ Sena propinquis
Collibus imposita est:petimus.qua numine dextro
Quattuor autumnos fruimur:dum pace quieta:
Non cessas iterum placidis iterumque tabellis
Innitare:tibi morem ut gessisse uelimus.
Obsequimur iussis.at tu mox scilicet ardens
Quo turbata soles ciuilis Erinyos igni
Sublatis trepidi flámis agitare tumultus:
Ac penitus totis flagras incensa medullis.
Atque tuos armans per uulnera mutua ciues:
In te sæua tuo conuertis sanguine dextras.
Quid miseri ciues tanto repetita cruore
Vos semper uindicta iuuat?quo perfurit ira
Sollicitata malo? nec semet continet unquam?
Magnanimis uindicta uiris indigna uidetur.
Et iustum quandoq; decet cohibere furorem.
Marsya te postquam natali iratus Appollo
Veste Phryga spoliat:mæret:neruosq; dolore
Proiicit:ac citharam concentus reddit inanem.
Nam nisi Pierides.Linus Thebanus.& Orpheus
Ac Thamiras neruos longo post tempore rursum
Inuenisset:erant Cybeles iuuenta priore
Constituenda loco.Macedonum rex uictus ab ira
Occidit feruente uirum:discrimine cuius
Vsqueadeo doluit:uix ut sibi parceret ipse.
Verum hæc dum tecum reputa re Bononia pergis:
Quamuis luna suum uix dum compleuerit orbem
Septima:ne totus labatur inutilis annus:
Nos sine magnanimo tandem parere Philippo:
Qui tam nostra diu princeps mitissimus ora
Expetit hospicio musas foturus amœno.
Castalidum colit ille choros.Phœbumq; sonãtem.
Ille bonis tutela uiris.spes sola probatis
Ingeniis.uno quo nunquam pace nec armis
Maiorem natura tulit:qui solus in omnes

Conſpicuus terras uirtutis lampade fulget.
Huic ego de uobis fuerint quæ digna relatu:
Egregii ciues dabitur cum dicere coram:
Commemorabo libens:& commendabo fidelis
In ſeſe mentes.nec me lux reddere ueſtri
Nominis immemorem.præſens dum uita manebit:
Vlla quidem poterit.ſemper uos pectore uoluam.
Interea ciues odium fatale prementis
Syderis omnino ſi tolli Iupiter ipſe
Abnuit:atque feri uis ingruit effera cæli:
Aſſiduo lenire tamen multoque labore
Flectere fas uobis.rectis rationibus uſi
Omnem animi morbum tempeſtateſq; tumentes
Immaniſque faces docto placabitis aſtu.
Manſueſcunt Sphingeſq; malæ.ſæuique leonis.
Atque lupi & Pardi:nullam qui pectore certam
Admittunt rationis opem.permotio quæque
Imperio mentis noſtræ eſt ſubiecta potenti.
Hanc igitur frænate uiri.ne cedite diris
Sponte ſatelitibus.trucium nolite ferarum
Vos ſimilis.ſeruate modum.ſit ſemper honeſtum
Ante oculos poſitum : cuius formamq; decuſque
Mirati.primam ſpeciem.quæ finxerit ipſum:
Maiori uobis ſtudio properate colendam:
Namque deum quicunque ſuis in rebus agendis
Conſiliiſque colit:nunquam turbetur:& omni
Peſte animi curaq; uacans.quæcunque nefandis
Sollicitat ſtimulis:tranquilla pace fruatur:
Sic & enim quæ magna dedit natura ſuperbis
Commoda muneribus tanto non digna furore:
Haud collata quidem rear infœlicibus aſtris :
Nec uos indignos:ſuperi quibus eſſe benigni
Debuerint quid enim cognati ſanguinis urit
Tanta ſitis? rabies quæ uos tam dira fatigat?
Omnia miſcetis gladiis hominesq; deoſque
Cogitis in facinus.immitis uincere Tigres

Sæuicia. Aetiopum tauros: quibus ora cruore
Vsque sub ardentis oculos rubeantque natentque
Horrendumque genus contenditis omne ferarum
Hinc igitur fugiens uestræ miseresco ruinæ.
Vosque precor: tandem sanas admittite mentes.

Hecatosticha tertia.

ANnua iam propere nobis ieiunia Sacce
Adsũt. dura q̃dem: Samii q̃bus usq; tueri
Præcipitur decreta magi: ne carnibus ullis
Vescamur: ne lacte: iubent. num forte parentum
Quisquam carne latet? num mens dilecta sodalis
Induitur teneram pecudem? dedit ille deorum
Maximus exemplum: cum nil tulit ipse diebus
Ore quaterdenis. uerum semel omne per æuum
Id dedit exemplum? sed nos exempla mouere
Qui debent? alio tendunt Iouis acta superni.
Ipse pati uoluit: ne nos pateremur inepti.
Præterea nihil ille cibi: quod credere dignum est:
Libauit. sed cum grauius. qua sæpe domantur
Ipsi etiam heroes: nulli natura pepercit:
Sæua fames premeret: ieiunia fregit amara.
Nec tamen aut ouis: non lacte. aut carnibus ille
Abstinuit. nec uos similes sibi noluit auctor.
At nos insani. si mollis caseus ori
Additur: expertes cælestis credimus aulæ.
Sed postquam nostrum qui pastor ducit ouile:
Nos ouium similes iubet: ut pernicibus alis
Corpore deposito propere super astra leuati
Aetheriæ læti potiamur sedibus arcis:
Quo te cara mihi coram Theodora uidere
Atque frui liceat cupidi post fata sepulchri:
Carnibus abstineam: nolim iam uescier ouo.
Et quod oues etiam capiunt: lac dulce repellam.
Se mihi præstet holus. portentur mitia poma.
Plurima nux detur queruli bellaria muris.
Et dulces fici: quas dorica miserit Ancon.

Insuper innocuum fuerit quodcunque legumen.
Verum nos nostras ædis intrare faseli
Noluerim:ne forte nouos inflata sonanti
Hospitibus uobis concentus buccina uento
Redderet inferior:fieremq; Typhonis amator
Niliaci:cui nulla uiro iucundius aures
Musica mulcebant:quam quis longissima
Atque eadem circo multum reuoluta rotanti
Obstreperet tonitrum nostras nil mulserit auris:
Quod fugiunt nares.crepitus mihi uentris abesto.
Quare age Sacce Cato ciceris si forte supersit
Albi tantillum:tantillum mittito nobis:
Vel tantillo etiam longe minus.attamen ultro
Siquid habet illud melius:quod sumere nolis:
Aut nequeas:nam pingue tibi consurgere mentum
Submentumq; uides:macilento perge Poetæ
Mittere:quo ualeat ieiunia soluere mandens
Sæpe mones.iterumq; mones.nnnq̃que monere
Desinis:nt lactu posito noua prælia miles
Iam semel emeritus sacratæ iure secundo
Militiæ subeam:meque ut noua nupta maritum
Nunc iterum faciat.superi quæ monstra uidebit
Nostra domus?qui plagor erit?qui flætus ad auras
Tolletur:si forte mihi Proserpina detur
Pro Luna?non ipse tuo simul ore fateris
Nullo posse modo fieri:mihi ut altera nubat
Heuo misero Theodora uiro?recteque fateris.
Vtque soles:uero.nam quam natura creauit:
Quæ tantis decorata bonis factura beatum
Esset sola uirum?probitatis fœmina laudes
Primas clara cupit.probitatis laudibus unam
In primis Theodora decet te ferre:pudicis
Quæ matrona uigens superasti moribus omnes
Innuptas nuptasque simul.tu sola decorum
Virtutemq; colens frugi prudensque maritum
Post superos solum ducebas numen & aurum.

Quid formam formæq; bonũ laudauero?Phœbus
Ipse die medio radios cum fortius urget:
Visus erat uisis oculis radiantibus illis
Vxor cara tuis penitus pallescet etanquam
Sponte fateretur nec dedignatus obire
Omne suum lumen.tantus tua lumina fulgor
Splendida lustrabat.quid multis?quæque latebant
Soli nota uiro.nulli ostendenda.quod olim
Candaulen merita mercede affeceratiom nem
Vincebant miranda fidem.genus ordine celsum
Si memorare uelim.ueterum si insignia patrum:
Deficiat me longa dies Chrysolora quis usquam
Quaque oritur Titan:& qua petit arduus imos
Antipodas :præclara domus te nesciat?alto
Sangine Romulidum quæ nobilioribus ortum.
Deducens titulis.priscisq; ornata triumphis
Rege nouæ Romæ gaudebas fausta propinquo.
Hoc Theodora genus genitor tibi casta superbum.
Tradidit.at genitrix claris maioribus orta
Non minus auget auos:quos proles Auria magnis
Insignita uiris Italæ fax ultima Pisæ
Horrisoni domitrix pelagi.decorata triumphis
Millibns.& totum late celebrata per orbem
Progenuit.nec auara mihi concederis uxor.
Sed grandis dotes & grandia munera portans
Te mihi ad obsequium præstabas lætior omne.
Hei mihi quid sine te uitam mæstissimus optem.
Nec sterilem nobis fæcundis gesserat uxor
Illa:uiro peperit quæ quattuor ordine natos.
Nam Marium genuit.genuit Xenophonta. puellæ
Angela prima patrem norunt Panthea secunda.
Qui mixtim facie referunt uultuque parentes.
Huic similem si Sacce queas reperire:Philelfum
Forte habeas docilem.ciceris tamen ipse memento

Hecatosticha Quarta.

ad pallante
stroçam
secunda

EXilio nunquam uirtus obnoxia Palla
Celsa qđ esse queat:siqs dubitauerit olim
Exēplo tu Stroza docesq pulsus ab urbe
Quam tibi magnanimo patriam liquere parentes
In Venetos uitam non inferioribus auris.
Iucundam tranquillus agis semotus ab omni
Turbine:ciuiles quecunque tulere procellæ.
Non & enim fortuna suo te subdidit unqnam
Cæca iugo:cuius non pluris feceris omnes
Blandicias stabilem quam uentum & fida sereni
Ora maris:sempes qui pergas tollere mentem
Altius ad superas miris affectibus arces.
Quis te fœlicem dubitarit dicere:nullam
Fortunæ quicunque tui concedere partem
Sis solitus? qui te in cunctis uno ordine rebus
Tristibus & lætis semper monstraris eundem
At grauiter palla tibi certe consulis urbem
Qui tanta probitate uigens contempseris unam
Esse tibi patriam:quem totus uis capit orbis
Concipis en totum fæcundo pectore mundum
Atque notas.tenebris quam cæcis quilibet errat
Imprudensq; rudisq;:sui qui ponat in ima
Spem uæsanus humo:terris iactamur & undis
Lege relegati nullius ciuis & hostis
Sed nutu iussuq; dei moderamine certo
Cuncta gubernantis:cui non fortuna nec ullus
Casus ab ancipiti ueniens certamine rerum
Sed uirtutis & recta placet sententia castæ
Mentis in æthierium tollentis lumina solem.
Fœlicis etiam:qui te pater optime Palla
Quottidie doctis possunt sermonibus uti.
Haud tu uana loqui didicisti:qualia multi:
Quos sors stulta regit tu Nestora dulcis ab ore
Prudentemq; refers obeundis rebus Vlyssem.
Dius Aristocles tecum uigilare sueuit
Nocte Plato.curas didicit sociare diurnas

Magnus Aristoteles. Samiique uerenda senectus
Pythagoræ. studiis graius nec abhorret Homerus
Stroza tuis similisq; Maro sunt pulchra senectæ
Hæc alimenta tuæ. qui cunctis unus abundes
Subsidiis: uitæ quæ conuenere probatæ
Naufragium Zeno Thebani cura cratetis
Votis sæpe suis quodcunque hostile fuisset:
Quam foret optandum: fausto discrimine nouit.
Non igitur tristes exul tot dixeris annos:
Qui patriam pulchris studeas ascendere pennis
Laudis & ingenii. dios habiturus honores.
Virtutem prisci multo colure labore:
Quo sibi diuinos titulos famamue pararent:
Vulgus ad indoctum. Garamantas, liber & Indos
His domuit stimulis. ærumnas Herculis orbis
Sic sensit. flãmis arsisse feruntur eisdem
Romulus & Cæsar. medios se iecit in ignis
Ignibus Empedocles accensus feruidus iisdem.
Nec tamen ii ueræ bonitatis munus obibant
Sed quantum mores possent monuisse probati
Id uigili cura studioque operaq; sequentes
Nil præter uani sperabant nominis auram.
Sed ne apud gentes datur iisdem moribus omnes
Gloria. quos diuos alii duxere deumue
Progeniem: quoniam uitam moresque uerendos
Vixissent: alii minima ne laude probarunt.
Sola quidem uirtus ea sit mihi maxima certum
Ad superos quæ monstrat iter regemque deorũ:
Quæ solum summumque bonũ quærentibus affert
Auspicio ductuq; suo: quæ semper eodem
Calle pios cæli patrias perducit ad ædes.
Hanc tu perpetuo quoniam uir maxime cultu
Prosequeris: stolidæ rumores plebis & auras
Contemnis nihil ipse putans in rebus habendum
Esse bonis: fallax ubi sit fortuna timenda.
Nunquam autẽ sapiens metuat. quod nomĩe uano

Horret uulgus iners.quid enim fortũa putãdũ est?
Illud idem ſane quod Cerberus.atque Chimæra
Immaniſq; gigas:qui uertice pulſet Olympum.
Sin fortuna aliquem delectet nomine captum:
Dextera quæ fuerit mihi ſit prudentia:ſed quam
Aduerſamq; malamq; uocant.ſæuam atq; furentem
Stulticiæ ſubiit ſimulata locumq; uicemq;
Quanto igitur cunctos rebus ſapientibus actis
Exuperas mi Stroza uiros:te dextera tanto
Omnibus oſtendit fortuna excellere:mentis
Quos obtuſa tenet uis & uæcordia cæcæ.
Quis non conſilium prudens iuſtumque probum
Præferat euentu:quem ſola audacia rexit?
Exules a Tuſca:quæ te produxerat:urbe?
Non tibi mærẽdum eſt:ſed quæ peperiſſet alumnũ:
Quo priuata ſuam tenebris palleſcere lucem
Senſerit.ingratis ac ſe famularier ægram.
In te Stroza fuit patriam tenuiſſe uolentem
Tendentemq; manus.etiamq; etiamque precantem
Ne ſe desereres/at tu quem nulla cupido
Ceperat imperii patriam ſolatus amicis
Et grauibus monitis ſæuo ceſſiſſe furori
Malueras:ullo quam propulſare cruore.
Nam te nulla quidem poterat uindicta iuuare:
Quam deus ipſe ſibi referendam iuſtius olim
Seruarat.fœlix igitur iuſtiſſime Palla:
Cuius recta deum noctuque dieq; uolutat
Mens:nec ob exilium quicquam demiſſius orat.

¶Hecatoſticha Quinta.

ad Religiosos

Religio quoſcunq; tenet ſub lege pudicos
Caſta ſacerdotes:quicũq; fugacia temnãt
Que bona cẽſent:q nil niſi numẽ Olympi
Mente colant:& certa putent ſupereſſe probitatis
Præmia:quæ nulli motus nec temporis ordo
Sede ſua mutare queat:uenerabile cunctis
Hos populis nomen ſanctumq; ſacrumq; putandũ

Crediderim. quid enim sit tam mirabile quicquam
Rebus humanis quam neglexisse: quod omne
Circuit exterius: solumque quod intus in alta
Arce regit: uigili semper coluisse labore?
Qui se cumque negat. numen cæleste secutus:
Immortale decus fit de mortalibus umbris.
Hi sibi non solum. sed cunctis lumine uitæ
Illuxere piæ: superas quæ ducat in oras
Monstrantes bonitate uiam. cæloque potiti
Assiduis nunquam præcibus placare tonantem
Desistunt: nostros quo mansuetudine penset
Errores: quacunque ualet. polletque suprema.
Quod siqui fuerint: qualis plærosque uidemus:
Impuri: qui ficta mali & simulata loquuntur.
Omne per & facinus fœdumque per omne proteruam
Flagitium uitam nullo discrimine agentes:
Vt simulacra tamen iustorum rite colamus
Pulchra sacerdotum: qualem præstamus honorem
Signis aut tabulis: quæ fictis ære uel auro
Vera representant. nec enim decet omne sub aura
Effudisse nefas: tegitur quodcunque cucullo:
Aut ralla. nocet exemplum quod manat ab amplis
Vel falsa grauitate uiris. & molle sequendi
Præbet iter. tollitue fidem nomenque seueris.
Iudicet hos Christus solio sublimis sub alto.
Et quácúque malo pœnam meruere: rependat.
Non nostrum est temere quemque damnare: potestas
Nulla quibus concessa iubet: quæ perfidus ullus
Errarit potius: quam quæ scelerauimus ipsi:
Lance superuacua toruo cilioque leuato
Expendamus: opus sit recti iudicis æquos
Iniustosque sua tandem mercede probare.
At uos si sapis: uitæ seruate pudorem:
Et uera bonitate deum celebrare colentes:
Qui populis uestros monitus & uerba secutis
Sacra ministratis. nec enim fucata colorem

Ora diu seruare queant.ficta omnia tempus
Detegit.& mendax tandem simulatio uero
Nudatur.uanumque dens tectumque recludit.
Quanuis lurchonis sit ianua clausa gulosi
Atq; fores postesq; sera ualuisque fenestræ:
Ipse per impluuium porro fumante culina
Exit odor:pingues quem spirauere patellæ.
Incessus gestusue solet uultusue profanos
Aut aliquis sermo:qui futilis ore procaci
Effluxit:monstrare uiros.hinc feruere bilis
Incipit in satyris.uomitumque uocare citatum.
Non adamantis enim nobis in pectore fibræ.
Rumpitur indignis.cum perturbatio mentem
Inuasit.seruare modum indignatio nescit.
Hinc nec mitra ualet nec pilleus esse pudori
Non stola candescens.non sacris insula uictis.
Nam mox arma iuuāt scelerumque lacessere Martē
Vltorem.motus adeo ualuere feroces:
Vt ratio ratione cadat.quod prorsus iniquum
Si ducam:fluit omne tamen de crimine uestro
Hoc crimen:sceleri qui nullum lege nec usu
Contenti statuisse modum:peiora nefandi
Quottidie paritis portento exempla recenti.
Sic uos digna malos maneat censura superni
Iudicis.indignos:quos dulcis leniat aura.
Vos autem.quorum pietas celeberrima callem
Ad cæli sublime parat:monstratque cacumen:
Nescio quos titulos fatear quem laudis honorem
Promeritos:hominis fragiles dum temnitis artus
Membraque mortiferæ penitus subiecta procellæ:
Et colitis quæ membra regit:uim mentis opimæ:
Non uos heroas cecinit quos cæca uetustas:
Appellare ausim:sed quicquid dicere maius
Liberiusque licet:propius quod in æthera surgat.
Multo & enim maius lateque patentius iras
Ingentes animi stimulosque cupidinis acres

Atque omnis motus.qui se fecere rebelles
Hortatu iussuque ducis: strauisse fugatos
Imperii que pati fortes docuisse cathænas:
Quam Lernæ superasse feram.quam cæde leonem
Aut taurum Cretes uel aprum fudisse trementem
Nam quid tot duros iuuat exanclasse labores:
Si mulier faciunda iubet:si terra libido
Imperat: & furias oculis obiectat Erynis
Hunc ego Nicoleon quo dia Bononia gaudet.
Aut Bernardinum genuit quem Sena docentem
In populos præcepta dei dum specto:colonos
Continuo uideor ciuesque uidere polorum.
Sola &enim uirtus numerum perducta per omnem
Heroasq; deosq; facit:non uana uetustas.
Quos auris stolidi uulgi tollebat in astra:
Amphitryoniadem uel qui Garamantas & Indos
Vicerat:at quales sacro de fonte renati
Qui terrena probi spernentes omnia. Christi
Sublimem potuere crucem subeuntibus armis
Tollere:sublati gestis bene rebus in arces
Sydereas coram regem speculantur Olympi.

¶ Hecatosticha Sexta.

NOnnullos studiosa iuuat uenatio:cuius
Ingentes persæpe uiri regesq; ducesque
Ignibus asserunt.huius si forte priores
Auctores quæsisse uelim:se magnus Apollo
Proferat in medium:ducatque in bella sororem
Artemin.hi Chirona senem decorare labore
Ingenio uoluere pium. Chirone magistro
Munere qui tali fuerat per fructus . Achilles
Vsus & Aeneas.Palamedes fertur.& heros
Nestore cum Thelamon.Diomedes.clarus Vlysses:
Peleus.ac Cephalus.frater cum Castore pollux.
Theseus.Hippolitus medica Podalirius arte
Insignis.nec laude minor ueter ille Machaon.
Antilochum quid enim.magnúq; Menesthea dicā

Aut te Phœbe satum? quibus ille Melanio tantos
Additur ad titulos. & qui male nouerat augur
Fata sui Thebis non immemorabile nomen.
Nam tibi forte tuus nocuit Meleagre magister:
Quem furibunda parens lœto cruciauit acerbo.
Hi lœto cessere omnes: quãquam omnibus unum
Non fuerat uitæ spatium: uirtusue deusue
Aut fatale aliquid quod cælitus imminet oris
Terrenis: alios aliis præstare serenæ
Munere militiæ uoluit laudemque pacisci.
Vnus enim Chiron cytharaq; illustris & arte
Clarus Apollinea. Martisq; potentibus armis
Inclytus. hos omnis habuit uenator apricos
Inter agros saltusq; sibi siluasque repostas
Discipulos: hisdem non idem doctor in annis.
Iupiter & Chiron patrem testantur eundem.
Ille Rhea genitrice satus. sed Naide Chiron.
Et quãquam fatis tandem cælestibus omnes
Concessere quidem: lœtumq; dedere subacti:
Immortale tamen decus & memorabile nomen
Ii peperere sibi: quod uenatrice duelli
Marte feri partum non æquoris ira nec ætas
Vlla queat dedere norax: non igneus æter:
Qui flãmis quicquid genuit natura: cremabit.
Hac & enim prisci Martem didicere tremendum
Arte uiri. talis fuerat meditatio: Cyrus
Qua pubescentis postquam firmauerat annos:
Intrepidus pugnæ nullos exhorruit usus.
Troius idæis Ganimedes prælia siluis
Dum uentura puer cælestibus additus oris
Disceret: armigero se nouit in æthera raptum
Esse Iouis frustra sociis tollentibus iras.
At nos uenter agit. gula nos trahit improba cæcis
Concutiens stimulis per lustra. per ardua montis.
Per nemus umbrosum. perque auia uallis opacæ.
Nec nos dura iuuant lato uenabula ferro.

Contra eos qui gule gratia venantur

Non iaculum.nec harundo placet.nõ rætia.casses.
Non cæce fossæ.nec mille inuenta sagacis
Ingenii extremos accersimus ecce Britanno:
Ingenti mercede canes.penetramus Iberum:
Vt sint:qui sæuos prosternant dentibus apros.
Aethiopum terris pardus uenit usq; petitus:
Qui capream saltu referat ceruamue trementem.
Exemplis etiam deliramenta probare
Heroum stulti temptamus nostra priorum.
Et Taurum Cretes adducimus:atq; petitos
Famur Hyperboreos.nec Thesea mittimus huius
Muneris immunem.nunquid gula duxit inertem
Amphitryoniadem?an uis Euristeos altæ
Iunonis per iussa deæ: cui Iupiter olim
Annuerat?stimulis iisdem petiisse Trionas
Creditur Alcides ceruamue tulisse Dianæ
Cornibus ad timidum fulgentibus inde tyrannum
Hinc & Olympiaca uictricem fronde coronam
Rettulit atque olea uiridantis arbore lucos.
Sic ferus Arpias.sic fuluos ille leones.
Cerberon & strages Erymanthi pertulit heros.
Hunc quãquam uirtute minor sed laudis amore
Aemulus Aegides exempla per alta secutus
Et taurum domuit.multisque in rebus eundem
Se tulit.exosus languentis inertia uitæ
Otia sollertes non admittentia curas.
Nec satis est lepores canibus damasq; referre.
Arcados aut matrem trepidoue Actæona cursu:
Quadrupedumq; genus quodcunq; gulosa uorago
Hausit:at insidias auibus cladem q; paramus
Auxilio ductoque canum.rursusq; uolantes
Alitibus multo doctis deducimus usu.
Atq; iisdem lepores capimus capreasq; fugaces.
Ingluuies miseris quæ nostras perdite mentis
Moribus inuasit.studium contemnimus omne
Virtutis.uentri pariter Venerique propinquæ

Intenti.nullis epulis nos terra nec aer
En explere ualet.quin & rex ipse tridentis
Iam gregibus metuisse suis perhibetur & imas
In latebras sese penitus trusisse pauentem.
Nostra Syracusios ætas memorare tyrannos
Non sinit.& Xerxen cunctosque aboleuit Eoos
Mensarum numero lautisque ad pocula cænis.
Hinc fit pituita.exurgens hinc feruida bilis
Aestuat.hinc uariæ ueniunt in corpore pestes.
Interiorque perit mentis uis omnis & usus.
Nam paucis natura cibis ac uilibus uti
Lætatur.nimiumque fugit.decus omne bonumq;
Nunquam extrema petit:medio sed gaudet in orbe
Ponere fœlicem firmato robore sedem.

Hecatosticha septima.

QVid non in terris mutabile? ueris & æstus
Autumniq; hyemisq; uices.noctisq; dieq;
Non eadem facies.succedunt tristia lætis.
Excipiunt hilares tristem quęcunque pararunt:
Mox casus.nulla est nostris constantia rebus.
Nulla fides.iisdem surgunt radicibus ambo
Tristia cum lætis.parentque iubentq; uicissim.
Ille dolet uictus.lætatur & alter.& ingens
Per medios cuneos incedens signa trophæis
Victor uicta trahit.paulopost uincitur idem.
Ah miseri quæ uos cæcæ sententia mentis
Vana rapit? quæ spes animos seducit inertes?
Quicquid motus agit:semper moueatur:oportet.
Nam gemitum natura iubet genitoris & ora
Vimque referre sui.si primus mobilis orbis
Orbibus a primo in reliquis si motus inhæret:
Inde trahunt elementa suum si singula motum:
Quid mirum: si quæque suum pro lege sequuntur
Principium? certo respondent infima summis
Ordine:quem statuit rerum moderator & auctor:
Quem solum uis nulla mouet:cui cuncta mouendi

In rebus humanis
nulla est
stabilitas
sed divinis

Ius datur:& totus paret miro ordine mundus.
Vt mens summa polos agitat mundúq; profundũ:
Sic humana suos ortus primumque secuta
Archetypon.si rite uelit.si lege mouere
Corpoream molem:nusquam turbantibus æquor
Flatibus aduersis miti sint omnia motu
Assidue tranquilla suo:nec fluctibus ullis
Aestus agat:uersetue ratem:quæ uecta secundis
In portum Zephyris:quem fortunata recessu
Gens florente colit:dulci mox pace quiescat.
At tu stulte doles:quod nullis semper eandem
Obsequiis serues:quamcunq; ardescis amicam.
An nescis:quam sit uarium & mutabile semper
Fœmina?quæ mentis si pulchrum lumen amasset:
Non formam nummosue tuos:immobilis esset.
Sed quia non eadem res est:quæ nuper inesset
In te:quando eadem sit semper fœmina:rursus
Vtitur ingenio.quid si melioribus armis
Nocturno sub Marte procax experta prioris
Contemnens hastile ducis.uenabula gestit?
Siqua tibi mulier:cuius te grata iuuaret
Forma magis:mediis occurreret obuia templis:
Quæ tibi cura foret fidei?qui numinis horror?
Sic Ledea Parin sequitur Menelae relinquens
Tantalidas incesta thoros.sic pulcher Iason
Prætulit igne nouo flagrans tam multa ferenti
Medeæ thalamos.cunnusque & mentula semper
Externasque nouasq; dapes quasi feruidus udo
Aegrotus stomacho uariat:mutatque uicissim
Insanire uelis siqua ratione:futuram
Immotam promitte fidem tibi rebus in illis:
Quas fortuna regit:quas casus & error & ingens
Vis motus:qui stare nihil promittit in imis:
Quæque uices sortita suas mortalia ludunt.
Instabilem quæreris tibi quem derisus amicum
Sperans.an stare aliquid delire putaris:

Vtile quod sequitur:seu quod iucunda petenda
In uita statuit:curam nec ducit honesti?
Mens humana dei mentem si casta sequatur:
Sola gradus seruat stabiles:nunquãque mouetur.
Sed quæ corporeos ortus:quos motio semper
Alterius agitat uicibus:uariatque:superna
Lege repræsentant:hominum si forte rebelli
Non eadem uoto perstant:quæ causa quærendi?
Nos ipsos potius licet accusare:malorum
Quo leuitas morum per turpia quæq; uolũtat
Impuros:quos nulla dei.quos nulla decori
Cura iuuat quid non sceleris confundimus usu?
Iam tandem mortale genus te nosse tuamque
Si pergas patriam:nunquam te uana mouebit
Aura leuis uulgi sæclique uolubilis error.
Sed certas secteris opes:quas ætheris alti
Rex possessor habet:quem nec uis ulla mouere
Nec fortuna ualet:cui soli cuncta mouendi
Iusq; modusq; datur.si solus cuncta creauit:
Ac certa ratione regit:quid rebus in imis
Spem ponis:curasque nutris in uota nefandas?
Nũc Venerem obscœnã nũc praui sordida quæstus
Lucra colis.nullamque tuis largire quietem
Ignibus.& flãmis ardes:quibus Aetna crematur.
Ambitio te quanta miser per inania uexat
Vota trahens? qui liuor edax te funditus urit?
Hinc furit.ac facibus flagras ardentibus inde
Frigidior glacie.Borea quæ flante pependit:
Sollicitus terrore paues.hac parte uoluptas
Ingruit elatis penetrans præcordia fibris.
Mox dolor immitis nullis auctoribus ortus
Affligit:mutatque uices:pacemque repellit
Improbus:ac lœto cruciat funestior omni.
Hæc nobis tormenta parat pars illa:globosam
Congeriem quæcunque refert:quam luce carentem
Seruabat deforme Chaos.tenebrasque sequentes

Corporeæ molis cæca ſub nocte uagamur
Per ſtopulos ſaliente ſalo.nunc pupe Charybdin
Nunc Scyllæ horriſonas priora ſubeunte ruinas.
Quod ſiquam nobis cæleſti lampade luſtrat
Ille deumq; hominumque ſator:pars una teneret
Ipſa gubernaculum:nullas ſenſura procellas
Nauis iter facere placidæ per cærula uitæ.

¶Hecatoſticha octaua

DVm Phrygiis tereté cunnis emungere pené:
Expreſſumq; paras pallenti condere ſæmen
Mollis humo:forſáne grauis imitare cicadaſ
Sic & enim perhibent illas producere fœtum.
Ingentis etiam mures Aegyptia fertur
Gleba ſuo peperiſſe ſinu:qua Thebais acri
Se tellus fæcunda dedit cultoris arandam
Vomere.nam Nilus quotiens decreuerit:ortus
Mille ſuos uariis monſtrat animalia formis.
Fare age Pallenti:num ſic & pulcher Iaſon
Et Tyrius quondam iacto de ſæmine Cadmus
Hoſtiles peperit fraterno milite pugnas?
Parce tamen manibus:quæ toto corpore curuum
Te reddunt:nimium pugno dum laſſus anhælas.
Hæc facis ingenio:penitus quo excidere barbam
Edoctus minimi tonſorem ducis ineptum.
Nec tamen infœlix medicum quem ſæpe mariſcas
Cædere ſollicitas:didiciſti fallere pellex.
Qui iuris profiteris opus:quid iuris inanis
Totus es.ac leges ignoras inſcius omnes?
Fallax uendis opem:quam debes ferre clienti.
Et modo ſit precium:nil eſt a crimine tutum.
Crimine ſi ficto falſum producere teſtem
Qui ſpoliet uiduas:circunſcribatq; minores:
Inſontique necem tendat:fortaſſis oportet:
Exilit ad præcium:facinuſque per omne tonantem
Peierat obteſtans.ſin obſignare tabellas
Nondum lite ſuo quæſita fine.negarint

Collegæ:quamuis nunquam pallentibus absens
Audierit causam:subscribit solus ob aurum.
Simplicis hic animi sectam fraudemque secutus
Cuius fraudis inops fuerit? quod fugerit audax
Detrectare nefas:qui fasq; piumque profanus
Omne neget:ducatque nihil sceleratus honestum:
Quod careat quæstu:quod sit sine criminis usu?
Hoc tulit insubribus quænam teterrima monstrum
Pernicies? saltem nullo tangare pudore
Pallenti? palles adeo: quin ore ruboris
Extremo tandem quicquam depromere possis?
Sic aliquam ferres nobis aliquando salutis
Spem miserande tuæ:quod Manganus ipse fuerit.
Hic & enim quanquam uitiis te pluribus æquat:
Quippe libens.qui furta facit.testemq; dolosum
Sponte gerit:uenatur opes uel fraude uel astu:
Et sequitur posita quosuis mercede fauores:
Ore tamen quandoque solet rubuisse pudenti:
Es quoque sordidior turpi peiorque podrago:
Qui morbo quamuis simili culpaque laboret.
Idem sæpe tamen laterúque pedumque dolore
Dum torquetur:habet tempus:quo desinat esse
Promptior ad facinus.nam tum feruescit in illo
Improbitas:quotiens nimio caluisset Iacho.
Ficinum superas etiam quécunque cinædum:
Is licet inferior nullo uelit esse procace:
Sacrilegoque omnis morum impobitate minoris
Ostendat:simulat rursum quandoque pudorem:
Singula quæ faciant omnis infamæ subire
Dedecus atq; probrum:non uno crimine lætus
Cuncta simul miseræ pleno tibi nomine sordis
Colligis elatus tanti cognomine uerbi.
Infœlix igitur Pallenti notus in omne
Tempus eris:uitiis qui solus diues abundes
Omnibus:ut solus uirtutibus omnibus omnes
Exuperat:quisquis secus omnia gesserit:ac tu:

Dissimilisq; tui famamque deumq; ueretur.
Germanos bibulo dicunt tibi cedere potu:
Qui manducones audes superare Britannos
Gutturis ingluuie: qui tanquam immensa uorago
Tigris edax æque nullis explere tumescens
Pastibus ac nummis Pallenti liuide possis.
Non igitur mirum. cerebrum cui crapula lædit:
Ebrietasque docet Tauri superare cacumen
Et Scythiæ penetrare niues: fluctusq; natare
Euxini: sanæ si mentis totius expers.
Nescit. & in tenebris semper Pallentibus errat.
Hinc ruis in facinus: probitas quod summa uideri
Atque decus soleat: nec quicquam ducis iniquum:
Commoda quod pariat fas est: quodcūq; uoluptas
Cæca iubet. pietatis opus iurisque putatur:
Flagitium quicquid potuit summasque parare
Nequitias. iis te dum sus fœdissima totum
Obruis: Elysii censes per amœna uireta
Vndique delitiis fluitans incedere campi.
Si spes ulla foret monitis reuocare probatis
Mentem posse tuam. diris quæ dedita monstris
Fluctuat horrisonos passim iactata per æstus:
Ad tutum probitatis iter uitamque serenam:
Omnia temptarem: quæcunque afferre liceret
Auxilia in medium. uerum quæ cura salutis
Sit speranda tuæ: qui non secus unus abhorres
A monitis rectis: quam pestis ab ignibus atræ?
Est impressa quidem tibi uis & inusta supremi
Immani sceleris: quod nulla aboleuerit ætas.
Nam quem longa dies tam trito exercuit usu
Omne per impuri uitii genus: omne per æui
Dedecus obscœni turpisque obprobria uitæ:
Nil aliud sanet quam mors: quæ sola mederi
Nouit: & humanis fuerit quæ debita rebus
Pœna uel officium: certo discrimine præstat.

Ad Matheu

¶Hecatosticha nona.

QVid pmis ad nros aures Matthæe.nec audis
Care sonos:totiēs tibi quos cecinere tabellæ
Ná quid amice siles? tibi nū fortasse tacēdi
Tradidimus præcepta:loqui dum discere uelles?
At superes illos:qui sese tollere pulchris
Laudibus eloquii consuerunt altius:omnes.
Ah uereor:Veneris ne se Cyllenius optans
Quod cuperet:captos laqueis dum uidit amantes:
Rætibus abdiderit:nec iam monimenta loquendi
Vlla collat:quid enim nobis silet usque uocatus?
Parthenope multis fertur decorata puellis:
Ipsa quibus cedat specie Pandora.deorum
Munus in humanis late insuperabile rebus.
Vllane te captum flammis ardentibus urit?
Virus alunt flāmæ:quod nec medicina:nec ullum
Ingenium domuisse queat.nam funditus ignis
Mox ruit in uenas.& uires carpit ademptas.
Flamma.puellares oculi quam .lingua mammillæ
Spirauere simul:nam cunni flamma rubentis
Secum uirus agit:te nobis sustulit omnem
Vsqueadeo:nullum possis ut reddere uerbum?
Musis uota pius facito:quæ uocis & artis
Numen habent:tibi forsan opem. tibi robora fandi
Prima ferant:uirusque fugent:soluantq; cathænas
Et nobis aliquid tandem tua reddat amicis
Lingua:quod immemori tibi nos non esse nec unq
Affore mellifluis monstret concentibus uni:
Scis & enim:nobis abiens quæcunque fuisti
Pollicitus:nunquid uobis Balearibus illud
Forte licet:Cilices sibi quod facere patrium:
Vt nec idem dixisse simul fecisseque possit
Vno stare loco:nec idem quod mente uolutent:
Lingua ferat? nam cur nobis:cum plurima mentis
Sæpe aliis scripsisse soles:uel epistola uerbis
Obsignata tribus non tandem uenerit ulla?

Scribe igitur:quicquid tibi præsens obtulit hora
Et quid agis:quantum nos diligis:unde tacendi
Causa fluit.nummisue inhias.& colligis aurum?
Non hæc cura uiris censetur digna probatis:
Quos nomenq; decusq; iuuet: quod sola perennis
Aeternum probitas doctæque industria mentis
Ferre solet.tenues animos humilesque cupido
Delectat seruilis opum.num forte sacerdos
Esse uelis?fuerat nam Christus & ipse sacerdos.
Recta sapis.uerum penitus tibi cæde priapum.
Ne te lasciuos solitum deducat in usus
Improbus.est etiam tecum formido pericli
Illa trucis uoluenda animo.contraria Christo
Facturus cunctis horrendus & efferus ille
Quisquis erit:cuius nescimus temporis horam:
Non Scytha.non Turcus.nõ qui terrore Damascũ
Aegyptumq; tenet:sed maximus ipse sacerdos
E medio templi nostrum emersurus in axem
Antichristus erit:qui se canat ore colendum
Pro Christo:cuius referat nomenq; uicemq;
Sphinga dolo mitem.tanta est uersutia mentis
Aethiopum tauros superet mixtosq; Crocottas
Sæuicia:sceleris qui denique nullius expers
Omnia confundat:donet pater ipse deorum
Omnipotens rebus finem allaturus iniquis
Fallacem merita mulctabit cæde latronem.
Nam si forte locum tua te simulatio templi
Tollat in excelsum:uereor:ne callidus omnes
Ingenio uincens tanto sublatus honore
Oblitusq; tui cupias diuina pacisci.
Nam quid amiciciam contemnis:sola ligamen
Rebus in humanis quæ nectit dulcius omni
Nectare:fœlices quæ sese lege colentis
Sola facit nullo patiens torpore sopore
Nam si musa tenet:si te delectat Apollo:
Quur nil musa canit:cithara nec personat ille?

Ignorant tacuisse deæ.citharæq; probator
Non silet:astriferos qui mulcet cantibus orbes
Iurane.quæ populo dicis metuenda petenti
Te nobis uetuere loqui?sed qualia reddas
Iura reis:quando te nullo iure gubernas:
Quisquis amiciciæ sanctum ius negligis omne?
Anne cupis natos?adamansq; exempla Laconum
Forsan ad uxorem mentem conuerteris olim?
Ast annosus ages.cum iam tibi languet:humumq;
Despicit.attolli desperans neruus ad auras.
Si sapias igitur cunnosam ducito:ne te
Rideat:& cunctis reddat male pressa susurrum.
Verum quid cupias uxorem ducere:semper
Qui solitus mœcham pro cõiuge mœchus habere
Furtiuum præstate putes uxoris amori
Debueras etiam me consuluisse:quid uxor
Prosit ducta uiro:quem iura uxoria castris
Continuere suis.& iam post prælia uictor
E meritus castam duco siue coniuge uitam.
Nam quæ Valla tibi possit præcepta dedisse
Miles inexpertus:qui dum cælestia tantum
Curat:in humanis obstrusit lumina rebus?
Ne sileas igitur.si respondere rogatus
Negligis:at saltem rebus potiora quibusuis
Facturus consulta tuis quem ducis amicum
Affectumq; tibi quem multus triuerit usus
Alloquere.egregius uates extollit Vlyssen
Laudibus iccirco prudentis in omnia solum:
Quod mẽtes hominum multorum nosset & urbes

¶Hecatosticha Decima.

MAgna moues poggi.miraq; cupidie laudis
Vrere Bambalio.Nicolo quæ nuper amico
Quæq; Codro plẽis scripsisti multa tabellis
Legimus inuiti.leuitas mihi nanque dolori
Est tua:qui non solum audes immania factu:
Verum etiam dictu quæras horrenda cinædus.

in poggiu

Hæccine Bambalio contendis scire prosanus
Magna quidem sacrisq; notanda annalibus olim
Ore moues:Quinam primus fuit auctor amores
Insexum transferre tuum.non Orphea tanto
Munere uis dignum:quanq̃ post cõiugis umbram
Tristior ereptam tranataque flumina Ditis
Fœmineam exosus Venerem noua Thracibus acta
Ac decreta tulit.Thamyras non ille probatur
Cui Magnete satus cedens Hymenæus amanti
Succubuit.non ille Thalon:qui Creticus acrem
Subdiderat mira Rhadamanthum lege coactum:
Nec tu mentis inops Lai:quem ferre decorus
Chrysippus minus erubuit:non Itala Marti
Gens assueta truci:quam dum Venus acribus urit
Ignibus expertem mulieris.in impia.lapsam
Flagitia atque nefas Graiorum fabula garrit.
Certe nulli hominum tanta hæc inuentio detur
Iudicibus Nicolo atque Codro:nam munere diuũ
Obuenisse homini rentur.primumq; tonantem
Auctorem perhibent.Heaæ qui prætulit ales
Dardanum puerum.flagrans Hyacinthon amauit
Delphicus Oebaliden.arsit Cyparisson Apollo
Arsit & Admetum.simul & Phorbanta decorum.
Arsit & Hippolytum genitum Sicyone.sed asper
Amphitrioniades dum te comittatur Iason
Mæret Hylan:nymphæ sibi quem rapuere puellæ
Quid Faunos aliosue iuuet meminisse?Corinthus
Numen habet.teneris quodcunq; præesse cinædis
Exultat speciosa:Cotyn:cui sacra foco sque.
Cui delubra dicant.deus est in crimine Poggi
Impie?num deus est?nec te scelerate pudoris
Vel uis ulla tenet?Nicolo num iudice causam
Atq; Codro nefane tuam facinusque tueris?
Nulla meri Genio libatio facta sinistro
Profuit?an frustra superis adoleuit acerra
Iccirco sceleris claros mihi fingere temptas

Auctores: sociis quo nobilioribus usus:
Sis minor in culpa. mendax tam uera locutus
Quam uel in historia statuas & somnia narrans
Varia leonardus: Medices quo reddat honestos
Num scelus alterius faciat te forte pudicum.
Infamemue minus: quoniam non solus in atras
Irrueris tenebras ducibus tam ingentibus actus:
Quin ideo turpi uitio magis aderis audax:
Quod non imprudens erres: sed doctus & ultro
Fœda tibi sumas: aliisque quæ prisca uetustas
Et uitio dederit: grauiterque tulisset & ægre.
Nam quos numen amat: non hos oscœna libido
Insequitur: sed mirus honos: quencunque uel astrum
Lætius infudit: uel mens diuina. uel ipsa
Vis animi superos referens quos ceperat ortus.
Præstitit. heu Poggi qua tanta peste teneris
Infœlix: ut triste sciensque uidensque feraris
Dirus in exilium: tibi quod post fata paratur
Aeternum. nullo redimendum munere linguæ
Aut calami. non te Rhadamanthus iudicet ullus
Aeacus aut Minos: sed qui te auditque uidetque
Ipse deum genitor. quem nescis ebrie: Christus
Nec tibi lingua procax. calami non proderit ulla
Garrulitas. nudo nam fiet quæstio uero.
Pestis causa tuæ uinum est: quo sæpe cerebrum
Obrutus amittis. sic mentis factus egenus
Nec quid agas: nosti: nec qua ratione loquaris.
Turpiter hinc uiuens scelerum sentina nouorum
Nequicias per mille ruis. nec dedecus ullum
Intactum liquisse iuuat. ius omne piumque
Confundens. homines pariter cum numine temnis
Hinc pudor omnis abest. quæ in te cognoueris ipso
Omnibus exprobras: quos uideris esse probatos
Dissimilesque tui. quæ te uæsania cepit?
Detrahis Alphonso. Venetosque ducemque Philippum
Pontificesque omnis oscœna per omnia carpis.

Efficit hoc morbi nimius.quo nocte dieque
Obrueris madidus:uini non unius haustus.
Nec sentis etiam:quibus hinc cruciare flagellis
Membratim.capitis tremor unde podagra.dolorq;
Inuasit lateris te Poggi?fare.quid hæres?
Vnde dolet stomachus?qui te stranguria torquet?
Totus sponte peris.nec respicis ipse uel annos
Natorumue greges:quos pellex tollit & uxor.
Quanto igitur melius tandem uel serus & annis
Decrepitus rebusque tuis natisque tibique
Prospicias:uitæ si te uinose pudicæ
Reddideris?penitus tuleris si pectore Christum?
Nam postliminium cupientibus ipse redemptor
Humani generis nunquam uetuisse sueuit.
Quin pius inuitat:dextramque extendit:& ultro
Porrigit auxilium.crimen culpamque benignus
Omnibus ignoscens:qui se peccasse fatentur.
Hæc igitur tecum Poggi si mente uolutes:
Iam finem statues uitiis:teque omnibus omne
Mirandum carumq; probis præstabis in æuum.
Quam uereor:ne te frustra reuocare laborem:
Quem sibi deuotum uitium tot reddidit annos.

❡FRANCISCI PHILELFI SATYRARVM HECATOSTICHON.VII.DECAS

❡HECATOSTICHA PRIMA.

A d philippum mariam anglum

SI tu Phœbe tuos nolis nũc flectere curr⁹
Q đ labor assidu⁹rapidiq; rotãtior orbis
Te fuga iã supet:curr⁹ uolucrisq; iugales
Huic p mitte deo:quẽ nl̃la potẽtior unq̃
Frãgere cura põt.nullũq; remittere põd⁹
Nec te dispudeat tanto fortissime diuo
Diue tuas mandare uices:si forte uel ignis
Lemniacæ consortis habet:uel durior ulla

Te pestisue luesue premit. saguloque togaq;
Hic iuxta insignis belli pacisq; triumphat
Laudibus. hic animo pariter membrisq; superbit.
At tu quem memorant hominumq; deumq; parētē
Iupiter altitonans: qui nutu concutis orbem:
Terrigenas siquando times: uallisque minatur
Horrendum Phlegrea malum: mox otia posce.
Astrigeras huic trade domos: huic flumina manda:
Quem nullæ terrere feræ nulliq; gigantes
Non terræ pelagique furor pestesue fuerunt.
Id Tellina probat. fractis id classibus auctus
Eridanus lateque patens terraque mariq;
Ausoniæ Tellus tantis redimita trophæis.
Huic itali proceres sacrum Pæana canentes
Huic tandem date sacra deo: quo præside totus
Pacem mundus aget: quo numine nulla benigno
Tellus monstra feret: nullos Cyclopas habebit.
Aurea tranquillis remeabunt sæcula terris.
Terra feret fruges nullo renouata ligone.
Et quascunque uelis bacas tibi poma nucesque
Nulla culta manu per sese porriget arbos.
Flumina lacte fluent. sudabunt mella cicutæ.
Quodque exusta modo tellus mare fudit amarum
Dulcius extremo multoque nitentius ipso
Oceano. nullos patietur turbine uentos.
Non fluctus superante salo. non fulmina nec uim.
At placidos tantum Zephyros aurasque tepentis
Læuiter admittet. nulloque mouebitur æstu.
O utinam tantum liceat mihi ducere uitam:
Liuoris uitare minas. tetrumq; uenenum
Effugere: illustris dum digno diue triumphos
Angle tuos uerus complectar carmine uates.
Tantum possit amor: quæ mi natura negarit:
Ingenii uires. dicendi flumen & artem
Vt mox præstet amor: cui nec succumbere Apollo
Erubeat. tanto nam qui deus ullus amori

Obuius alter eat contra:qui rebus & æuo
Cælicolis præstat uenerabilis omnibus unus?
Huic quotiens diuum genitor concessit ouanti?
Huic quotiens fratres? & quis non cedit amoris?
Tempus erat:quo cuncta simul natura creauit:
Et chaos antiquum terram discreuit in imam:
Aeraq; & Pontum.quique altius euolat:ignem
Cælestemq; globum superos diuisit in orbes:
Infuditq; suos animos mentemq; sagacem
Cardine ab ætherio.diuina lege perennem
Ornatumq; modum q; ferens astrisq; deisque
Primus in arce Phanes apparuit altus Olympi
Nãq; Phaneta uocant:quoniã inter numina cuncta
Primus amor superas mergens effulsit in oras.
Et qualis foret ipse deus:quantisque ualeret
Viribus:utque nihil porro sine numine posset
Ostendit durare suo fixumq; manere.
Ingenium dabit acer amor uiresq; canendi:
Mellifluosque sonos medio ex Helicone uocabit.
Tunc ego Pieridum fæcundo numine plenus
Afflatusq; deis.quos Cirrha & Nysa uerentur:
Altisonam pulsabo chelyn cantuq; superbo
Celsa mei referam diuini principis acta.
Nec me Threicius siluas qui & saxa trahebat.
Vel Chirone suo non ficto iudice uincet.
Non sacer Amphion:cuius modulamine Thebas
Exciti lapides muris cinxere profanas.
Nec qui sydereos humeris labentibus axes
Flagrantisque polos tulit olim maximus Atlas
Nonne meo cedat mœchus pirata Philippo
Aesonides? satine uelit:qui raptor adulter
Inuisusq; sibi uitio se polluit omni?
Vltor adulterii meus est.omniq; rapinæ.
Hostis.& infestus sceleri probroque Marias.
Amphion potuit muris circundare Thebas.
Ast ego Castalio modulabor carmine totam

Qui plus Italiam ferroque ignique ruentem
Sustinuit:fouetq; sinu:priscisque colonis
Restituens ualido firmauit robore solus.
At causas rerum cecinit doctissimus Atlas.
Alternasque uices uariantis solis & anni.
Syderaq; & mundum miro decorauit honore.
At meus Alcides naturæ conscius omnis
Non modo quæ uulgo mirantur fæmina rerum
Nouit:& astrorum motus plaususq; minasque
Et didicit:seruatque loco:sed nobilis omnem
Vim uirtutis habet fidei seruator. Asylum
Iusticiæ.pietatis honos.ueræque probatus
Religionis apex :quo munificentior alter
Est nullus:nunquamq; fuit:nec tempore quisquam
Venturo sperandus erit.quis Marte feroci
Principe te maior? qui dux præstantior armis?
Mitis es.humanus.clæmens.moderatus.& omni
Vsqueadeo pollens grauitatis acumine:summus
Inter & Heroas recte memoreris:& orbi
Iure coli credique deus mereare Philippe.

¶Hecatosticha secunda.

ANtoni Rembalde meæ pars maxima uitæ
Dulcis es ac plenus fidei.nec mollis amicus.
Verum iure qdem nos diligis:oĩbus Anglũ
Qui studiis curisque piis & corde Philippum
Prosequimur:uotisq; deum ueneramur opimis.
At te quem tali fretum probitate uidemus
Officio certare locisque relinquere nullis
Munus amiciciæ:miro complectimur igni.
Nec tibi noster amor minimi uideatur habendus.
Præmia pro meritis nam reddere cuique solemus.
Integritas quoscunq; probat:rediuiuimus amœnis
Laudibus.impuros æternis mittimus umbris.
Præmia uirtutum dulcis præconia famæ
Esse uolunt.fama nostris ornabere donis.
Nam nec sordidulum poscas Rembalde talentum

Antonio Rembaldo

Nec Tyrias uestis.grauibus non aurea gemmis
Poccula.nam maius cupias tibi munus:& omnes
Quod ualeat superare dies & sæcla Sybillæ.
Certa igitur meritis:quis uel uincare uel ipse
Viceris:indigne non sit mihi care Philelfus
Laturus Rembalde tuus.certemus utrinque.
Interea paucis quæ sit sententia menti:
Accipe.teque mihi facilem præstato roganti.
Nunquid habes satyra dignum?circunspice.mira
Pauperie premimur.postquam multumq; diuque
Turbine iactati Thyrrenum liquimus Arnum:
Vix quicquam satyra mihi se tulit undiq; dignum.
Materiam gens illa ferax præbebat ad omne
Carminis officium cyni.me ditior alter
Nemo erat.hic alter non est me paupere quisquam
Pauperior.satyras quæ iam sua præmia poscunt:
Calcis ad extremum prohibemur ducere limen.
Quid Rembalde siles?quid tecum pectore uersas?
In medium fer:siquid habet.mihi dicito.profer.
Mortuus audierit.nullus per sydera iuro
Senserit:arcanum siquid narraueris Vnum
Ipse tamen didici uel te reticente:quod isti
Nescio qui nostrum conuicto crimine numen
Luchrones lacerant.haud istos carmine digner.
Nam neque Pygmæos Alcides curat inertis.
Nec culices Elephas.pia nec luscinia coruos
Attamen & satyram caueant:caueantq; seueros
Eloquii gladios.non est iniuria nobis
Vsque ferenda adeo:quo more simulq; procaci
Peccandi uenia peiorem forte putemur
Ingenio quicunq; malo sit:reddere quenquam.
At nec uerba dabunt.& enim sunt Lyncea nobis
Lumina.quæ paries.quæ mons densissimus ambit
Perspicimus medio cernemus tecta cubili
Flagicia & facinus.si mi petulantior ullus
Exagitare iecur pergat bilemque mouere.

Consulo:iantandem taceant.seseque docendos
Grammaticis tradunt stolidi.dialecta discant.
Rhetoreas & castos noctesque diesq; sequantur
Stoicidas.sacris animos uirtutibus ornent.
Sed quoniam digni non sunt:quos nostra Thalia
Curet:Lethæis tenebris mandemus & Horcho.
Lætior huc iam tende auris.huc lumina uerte.
Dic age:quid noster princeps satus Hercule magno
Hunc agit:& quam nos nunc diligit.āne Philippus
Mi deus atque deis si fas est dicere:maior
An minus ingenti me complexetur amore?
Nosti:ego quas isti nunc celsa palatia diuo
Molior elatas ædes summumq; petentis
Aethera:quas nullæ ualeant quassare procellæ
Non terræ pontiue minæ.non fulmina nec uis?
Hæc ideo nostro molimur tecta Mariæ:
Quod me munificus laqueatis ædibus heros
Donarit fuluo penitus splendentibus auro
Omne fœlicem:quem tali tempore natum
Fata piis uoluere polis:qui principis acta
Anguigeri miranda canens sim laudibus omnis
Qua Nereus exultat aquis:uicturus in annos.
Huic ergo Crottiadas mira bonitate fideq;
Pone meos iugam:quorum qui grandior æuo
Vt facilem cunctis mitemq; adeuntibus unus
Se præstare solet:sic cunctos omnibus unus
Officiis superat.se Nestora temperat alter.
Nec meritis titulus tū Borrhomæe carebis
Vitaliane tuis:qui non modo dulcia donas
Verba:sed egregiis largitor semper amicos
Muneribus cumulas.non es modo diues in arca.
Diuitiis animus longe melioribus ipse
Affluit.& tanta præstans bonitate probati
Moris & ingenii:quanta impurissimus ille
Improbitate iacet petulans & crimine Mundus.
Mundus enim oscœnus.Mundus sceleratus.& oī

Nequicia insignis.locuples est Mundus auarus.
Et ne forte tibi desit pro munere munus:
Landriane tui nunquam de pectore nobis
Defluet eximii uis & solamen amoris.
Tu Francisce meum tollis super æthera nomen.
Vnus apud diui diuinas principis aures.
Ast ego perpetuam reddam tibi carmine famam.
Teque tuumq; decus sacris mandabo camœnis.
Antoni nulli parcam mordacior hosti.
Antoni iustos semper uenerabor amicos.
Ingenium moresque probos ad sydera tollam.
Ast hebetes animos atque impia pectora diris
Dedita criminibus sub tristia tartara condam.

¶Hecatosticha tertia.

Ad Aemon[illegible] Dauala[illegible] [illegible]

AEnice quid mirum:si te complexer amore?
Si te iure colam:qui me pietate piisq;
Prosequeris meritis?ego te mi Dauale quōdā
Munere perpetuo.quod nulla aboleuerit ætas:
Prosequar.atque meis mecum celebrare musis.
Non est te melior quisquam:non promptior ullus
Alter ad officium.facilem te adeuntibus offers
Mitis & humanus.solida probitate triumphas.
Oh te fœlicem:quem tanto principe dignum
Aurea reddiderit per mille pericula uirtus.
Nam postquam multa temptauerat arte Philippus
Ingenium moresq; tuos:penitusque repostos
Eruerat sensus:uiditque:quod omne per æuum
Quæsierat:prorsus nil te simulare:nec in te
Esse aliquid ficti:sed ueri pectus & æqui
Plenum:munifico tum te sibi munere iunxit.
Atq; inter proceres uoluit præcellere pulchra
Sede.& honoratos inter splendescere patres.
Oh te fœlicem:si te cognoris:Apollo
Quod monet:& forti nil de te cesseris ipsi.
Omne animo metire bonum:quod nulla superbæ
Inuida fortunæ uis auferat.illud in una

Si probitate loces:sis magno Cæsare maior.
Omnia qui mecum mea porto dixerat:auri
Nil tulit aut gemmæ.sed ueri conscia secum
Mens secreta boni penitus gaudebat.& omnem
Contemnens sortem.uacuis exire Prienen
Libera & erectis humeris.uictore triumphans
Hoste quidem uoluit.uoluitq; per ipsa uideri
Exilia ac patriæ flammas.cineresque deorum
Et per mille sui tristis ludibria casus:
Quanta simul qualisque feret.uirtutibus altis
Tollimur ad superos:diuiq; in uota uocamur.
Ergo age quod dextro cœpisti sydere:diam
Virtutem contende sequi.teque ipse minorem.
Quo maiora potes:mi Dauale rere.bonisq;
Vtere.blandicias turbæ fuge sanus inertis.
Multiplicesque dolos:rebus malesana secundis.
Turba fauet.tollitque suis super astra beatos
Laudibus.hæc eadem mutatis lintea uentis
Si uidet in sæuos scopulos tendentia retro:
Mutat & ipsa sonos:rabidoq; subintonat ore:
Fulmineosque iacit tetra caligine nimbos:
Intentatq; suo miserandam turbine mortem.
At qui te nullo ductus splendore fugacis
Fortunæ.te propter amat.se semper eundem
Præstat:& ore bonus semper fauet:omnibus idem
Reb us adest:nullis mutatur fluctibus:alto
Inconcussa solo nitens uestigia firmat.
Sed ne sus doctam uidear docuisse Mineruam:
Hactenus hæc.alio laxis properemus habænis.
Otia quæ uirtus agitat:cessatque gerendis
Ab rebus:uirtus non est:aut parua.parumq;
Egregiis optanda uiris.tranquilla Lycurgus
Otia si magni duxisset:littora Cretes
Aut Delphos.clarũue Pharon Lydosue superbos
Vidisset nunquam : domitisq; quietus Athenis
Vixisset tacitusque Solon:nec tanta laborum

Democritus portenta pati uoluisset:Homerus
Quaq; satus patria:quibus & maioribus ortus:
Et quibus extinctus sæclis natusue fuisset:
Non foret ambiguum:nunquam redisset ad Affros
Regulus:ad Siculum nunquam remeare tyranni
Ad certamque necis uoluisset nobilis horam:
Quo socium innocuum præsenti morte leuaret
Morte sua.quisquis quam cōmoda pluris.honestū
Censuit. una ualet nos uirtus reddere diuos.
Hanc autem torpere pati cum turpe putandum est:
Tum magis atq; magis pensandum uindice multa.
Nec satis esse puto rerum secreta probasque
Artis mente sequi:ni mox accesserit usus
Atq; opus externum:nec enim laudatur Vlysses:
Mente quod interitum sublata Pallade Troum
Vidisset:mira sed calliditate quod ipsum
Palladium sollers e sacra sustulit arce.
Non equidem ignauam possum deducere uitam.
Otia dura mihi.uel me per aperta Philippus
Quæque pericla uocet:nostro studioq; fidequæ
Vtatur.uel me quod nolim:liberet omni
Obsequio.repetam Tuscos Senamq; uenustam.
Aut te maturo ueneranda Bononia cursu.
Teue per æquoreas longo Byzantia tractu
Terra uias propere tota cum classe reuissam.
Audistin:quæ nostra uelit sibi crassa Minerua?
Non ego desidiæ causa studioque placendi
Otia ferre uelim.malim lucemq; meumque
Quem colo luce magis:diuum amisisse Philippum:
Quam noctem sub luce pati.per sydera testor
Perque caput nostri diuinum principis Angli:
Ni me quamprimum studia ad maiora uocarit
Quo uelit obsequio:quod sit se principe dignum:
Hinc me subripiam:quo me sors egerit ulla:
Ipse sequens.nec certa meos promissa retractent
Vlla gradus.non si Crœsi pomposa supellex

Aut infanda Midæ ponantur præmia regis.
Audistin? nolim:nolim sic uiuere.nolim
Mi iam uerba dari.turpe est me fallier:orbis
Qui tantum moresque hominū uitasq; modosque
Cognorim aspiciens.placidum placare tonantem
Ni potero supplex.tetrum Plutona mouebo.

Hecatosticha quarta.

d Issimulem Rainalde mones:iramq; premētē
Cōtineam:donec melior mi tēpore quōdā
Se fortuna dabit.nescit simulare Philelfus.
Dissimulare nequit.nec uult.Varidæ probati
Dissimulare uiri non est.nunquam ipsa simultas
Mi placuit.simulata loqui Rainalde uetamur.
Qui taciturni mouere iecur:bilemq; iacentem
Exciuere focis:satyrum accendisse dolebunt.
Verum ego.ne dudum frustra monuisse queraris:
Imperitabo mihi.frænis parebo.tacendi
Vel Samium seruabo modum.nanque ipsa silebit
Tempore lingua suo.calamoq; manuq; parumper
Læta suas mandasse uices.mox arma capessam.
Inque aciem toto descendam Marte patentem.
Mille hominum uitiis dum sese dedidit:ultro
Et dolet:& uellet:quod non uult.Dite relicto
Præcipites reuocare gradus solemq; uidere.
Recta sequi facile his foret.inconstantia moris
Transuersos agitat:uinclisq; & carcere frænat.
Sunt alii:quos omne nefas probrumq; perurit:
Sponte mali.immanesq; feræ:quos nulla mouere
Virtutisue deiue potest reuerentia.tales
Quis perferre queat? quis non stomachetur? & ira
Ardeat? at metuunt alii sibi nominis aurum
Ereptum stolidi nobis præsentibus iri.
Gloria uirtutem:corpus uelut umbra.secutæ
Admonet ingenium clara coluisse per artes
Perq; probos mores.tanguntur laudis amore?
Ergo ea cur fugiunt:quibus hæc Varidæ paratur?

Ad Raynaldū Varidēn

Turpia sectantur: doctos didicere bonosque
Contempsisse uiros pariterque odisse profani.
Ille autem turpi cupiens pro fœnore Mundo
Promissam seruare fidem uerusq; uideri
Proditor: in facinus non ambigit omne reuolui
Turpis & impurus: qui coniugis intima profert:
Quæque pudiciciæ debentur claustra sacello
Proscribit: floremq; suæ dat coniugis auro.
Dicam ego: pontifici qui cesserit ære Iohanni
Prima nocte thorum: sobolemq; e sanguine sacro
Partam leno suam nondum appellare rubescit
Famoso illustris damnatus crimine furti?
Hæc tacuisse iubes Rainalde? tacebimus ergo
Tantisper: dum nostra uelit nouisse Philippus
Indigne quæcunq; feris toleramus ab armis
Inuidiæ atque odii. nec te tamen ipse locutum
Post impune putes feralis homoncio Leuce.
Per superos qui cuncta simul noruntq; uidentq;
Per caput anguigeri uenerandum principis. unus
Qui deus in terris colitur mihi: nouerit orbis.
Nouerit oceanus. Iuno cognorit & æther
Luce tuas animi labes. facinusque nefasq;
Omne tuum. num forte putas nos quoq; latere:
Cum ferro accinctus pædico intrare parasti
In thalamum diui furiata mente Philippi?
Ast insanus eras. fateor. talisque uideri
Si malis: cupio. te talem duxit & Anglus.
Anglus ab aspectu te mox amouit: & utque
Omnibus ipsa patet grauibus: pia curia soli
Clausa tibi accessum prohiberet. iusserat omnem.
Non insanus eras: cum furtis atque rapinis
Millibus impuras compleres callidus ædes
Argento atque auro: nec te dementia cepit:
Coniuge cum uiua tibi ditior additur uxor.
Stultus eris nunquam: cum temptes Leuce uideri
Doctus & eloquio Graio doctusque Latino:

Cum nihil eloquii Graiorum noris:& omnes
Ignores Latii musas Heliconis asellus.
Eia age pone animi pestes dirumq; uenenum.
Dilige uirtutem.te moribus adde pudicis.
Eximios ne carpe uiros.ne carpe probatos
Dissimilesque tui.satis est tibi leuce superque
Certamen cum labe domus.maledicere tandem
Desine nolenti tecum certare pusillo.
Non & enim ualeat mus permouisse leonem.
Graculus aut Aquilam.nō raucos Anseris unquam
Curet holor strepitus.nec ineptū Acredula Coruū.
Verum stultus ego:qui dum res pectore magnas
Molior:obscœna mediter de fæce profectos.
Ii pereant potius:quam sese nostra Thalia
Vsq; humilem abiiciens adeo pendere putetur
Semiuiros.fures.lenones.scorta.gulosos
Ignarosque sui.solido uersemur in axe.
Exilium denis pergam tractare libellis:
Ponere & insubribus conuiuia cœpta superbis:
Ne satyras semper carmenq; placere proteruum
Insimulent:quorum mens est obnoxia culpæ.
Attamen interea bilem mihi quisque caueto
Flagitiis mouisse suis:ne maxima soluat
Crimina:nam decados nondum centissima denæ
Obuia se nobis hecatosticha calce suprema
Obtulit:a primis quanquam iam puluere multo
Calcentibus sulcatur iter.sed lata supersunt
Aequora:quæ uario liceat discurrere calle.
Nec Varidæe tamen quenquam mihi posse putabis
Permonuisse adeo siccum iecur arte uel astu:
Vt rationis inops:quid me quid rursus & illos
Dedeceat:deceatue:modos oblitus honesti.
Dediscam.Mariam.nostrum quæ uirgo tonantem
Immpolluta tulit:testor:quæcunque latent nunc:
Vera sciāt.faxo:pueri iuuenesque senesq;.

ad co[illegible]

Hecatosticha Quinta.

NVllũ terra quidẽ ue℞ tenet.illud Olympi
Tecta colit:pr̃ omp̃s ubi sceptra gubernat
Rebus in hũanis nulla est cõstãtia mũdus
Mille uices uariat.uis immutabilis.una
Atque eadem semper ueri.quam Iupiter ipse
Constituit:qui quod nec erat formauit in usum.
Verum est ipse deus:cuius teterrimus hostis
Tartara quem seruant peperit mendacia Pluton.
Frustra igitur ueri tribuas tibi Phocio laudes
Et tu magne Cato:quorum mens nescia uerbi
Huius.oberrabat mundanis cæca tenebris.
Sunt ueri simulacra homini:qui mente supernum
Contemplatur herum:quæ fallere quisquis iniquus
Nititur:ad nigri tendit penetralia Ditis.
Sed quanquam uerum hoc illius imagine constat:
Quod melior natura refert:nunc illud omittam.
Huic extrema duo medio sunt laudis egena.
Ostentator enim nimium sibi sumit:& auget
Res quasq; ipse suas stimulis agitatus honoris.
Talis erat uictor:dum ferret opima Quirinus
Arma Ioui.talem se immitis gessit Achilles:
Cum traheret lacerum ter circum pergama corpus,
Et laertiades se cælum ascendere fama
Et pius Aeneas fama super æthera notum
Se iactat:minus est uitii:quod honore citatur.
Is magis in culpa est:qui fructus ductus amore
Mentitur tribuitque sibi.quæ gesserit alter.
Aut maiora suis.talem te Candide præstas:
Ingeniis qui parta bonis uel ducta Latinum
Nuper in eloquium Graio de fonte petita
Subripis:atq; tui petulans facis esse peculi:
Cumq; nihil noris:multum te nosse fateris
Vulgus apud stultum uento tumefactus inani.
Nec curas:de te quid doctus quisq; bonusue
Sentiat:aut dicat.quicquam modo nulseris auri.

Ille autem uanus:qui nullo concitus igne
Fructus aut laudis cumulat mendacia demens:
Naturæ tanquam morbo teneatur ineptæ
Qualem se Nicolus fatuus Lycolaus agebat.
Alter.in extremo gaudet qui stare secundo:
Dissimulatoris merito sibi nomen adeptus
Et facit:& dicit secus omnia.spernit honorem
Negligit & fructum.sua quæ pulcherrima gessit:
Vel gessisse negat:uel uerbis durus apertis
Extenuat:docti qui Socratis æmulus.audet
Dicere nosse nihil.qui fortior.Hercule dignum
Contendit gessisse nihil uel laude uel aura.
Hic minus offendit:quoniam uultu esse modestus:
Qui tamen a uitio non est alienus & ipse.
Sed qui dissimulat.quæ sunt uel Apolline cunctis
Lucidiora nouo:meruit contemptor haberi
Ac dici.talis habitos uoluere Laconas
Quos uelut & Francos.uiles tenuesq; uerendos
Induerent uestes.talis & nostra tuentur
Tempora:quos artæ fallæ laceræq; breuesq;
Inuoluunt tunichæ:pallorq; nouissimus ambit.
Non & enim uerbis solum mentimur:at omni
Fallaci cultu.gestuq; & uoce uel ore.
Qualis quis fuerit:se talem ostendere pergat
Moribus & uerbis:cupiat si uerus haberi
Hinc contemptor abi:quoniam mihi pectore bilis
Tollitur.hunc propere uanus comittetur euntem.
Dissimulator abi.quæ te tam fera moratur
Segnicies? tuus en præcessit protinus hostis
Ostentator ouans uitii maiore trophæo.
Huc dea fœlici propera contendere gressu.
Nanque hostes abiere tui.cui Graia uetustas
Nomen Alethiæ dederat:ueneranda dearum:
Aeterno quæ prima Ioui super omnibus astas:
O dea fœlici propera contendere gressu.
Nemo hic mentitur fallax.mendacia pectus

Fallens nemo suum.dicit.nec cogitat ullus.
Omnia uera patent. quibus o dic diua petendum
Sit studiis cæleste bonum:quibus artibus illuc
Humano generi breuior uia detur eunti.
Adsum pauca tibi memorans:quæ pectore serues.
Vnum crede deum:qui cuncta potestque creatque
Quemq; deus genuit Maria de uirgine nullo
Sæmine conceptum:nam sæmen spiritus ipse
Sanctus erat:cuius pater est & Christus origo
Virque deusq; simul:quem Pontius ille flagellis
Millibus afflictum crucis atra morte per omne
Dedecus affecit:qui mox ubi luce uacauit:
Infernas penetrare domos non destitit:inde
Continuo uictoe.cum uix lux tertia mundnm
Lustrasset:repetens uiuos maiore triumpho.
Ascenditq; polos.dexterq; sedere parenti
Promeruit. rursus nostrum uenturus in orbem
Iudicio uiuos & functos luce daturus:
Imperium cuius semper sine fine manebit.
Credendumq; tibi cœtum desume fidelem
Ac sanctum:qualem Christum statuere secuti.
Nec dubites tantas baptismo insidere uires:
Dilluat ut ueterum fusus peccata parentum.
Hinc fore:mortales ut uicta morte resurgant
Victuri æternam digno cum munere uitam.
Filius ipse.parens.ac sanctus spiritus unus
Atque idem deus est.eadem substantia nobis.
Hæc si credideris:simul egeris:error euntem
Impediet nullus.propereq; frueris Olympo.

¶Hecatosticha sexta.

Ad Lenon prima

H Rigida manarat squalentē fama per urbē
Aduentare feros multis cū millib⁹ hostes:
Addua q̄ rapidus labētes stringit harenas
Insubrum:lembosq; rudis pontesq; parare
Mox igitur fortis prudentia summa Philippi
Consulit in medium munus dans cuique suorum:

Quod sit opus facto:sparsos tu coge maniplos.
Alter agat turmas.illi sit cura sagiptæ.
Hic tormenta uehat.tu duces agmina.primis.
Ictibus irrumpat meus hic ueteranus in hostem.
Perq; uices faciunda iubet:quæ singula uictrix
Causa petit.cuneos inter tot muneris expers
Leucus solus erat:qui longa per otia circum
Atria de magnis sermonem rebus habebat
Cum tenero.qui se mollem sequereturq; ephœbo.
Quæ nos cæna manet?perdix respondet:in olla
Quem cum iure piper non multo condit & ouum.
Fac quoq;:multa ueru turdi mihi copia pinguis
Sentiat ac pauo:quem noctis furta pararunt.
Accedant etiam Veneris fomenta iacentis
Tubera mellifluo penitus condita falerno
Factum Leuce puta.currebat pusio.Leucus
Hunc reuocans.qd curris:ait?qui cætera nondum
Audieris:properas adeo petulanter & expers
Consilii?nos uina quidem quæ nostra recondit.
Cella:minus consueta iuuant.pete protinus ædes
Cottæ:dic Tyrii per se mihi copia musti
Tanta rogo:fiat:sterilem qua coniugis udæ
Balneolo uentrem fæcundum reddere possim.
Et Borrhomæum.qui dulci solus abundat
Nectare:quod Cypriæ laudantur fundere uites:
Hinc adiens.angi stomachi nos finge dolore:
Hunc autem laticis solum.quem feruida misit
Cyprus:odoriferi sedari aspergine posse.
Sic orabis opem:ueteri quam præstet amico
Scitus:& mensam laute paterasq; parato.
Ille celer dum carpit iter:ceruice leuata
Altius Anguigeri Leucus sursum atq; deorsum
Principis æquoream uel solus in ambulat aulam.
Et quotiens primi postes patuere recessus
Hic totiens illuc celeres conuerterat irquos.
Expectans:si fore sibi in tot millibus uni

Sit locus ad ficta res uel pro laude gerendas:
Rebus in ambiguis.quas Mauors fraudibus ater
Insidiisque gerit:multorum quæritur usus:
Ordine quæque suo prouiderat omnia princeps
Callidus atq; grauis rerumq; hominumq; peritus.
Is deerat solum:quisquis speculator in agmen
Iret:& attentas aures uigilisque teneret
Vsque oculos:& facta simul cuiusque referret
Dictaque ueridicus:quod Leucus doctus ab uno:
Quo teneræ quandoq; fuit sub flore iuuentæ
Flagitium per turpe malæ iam Cypridos usus:
Continuo sese uerbis petulantibus audax
Ingerit:& multis coram temeratius effert
Laudibus ingenium:quo se præcellere cunctos
Diceret:hæc ætas quorum miretur honores.
Aut quod nullus erat:præsens qui munus obiret:
Aut quia Leucus erat:quem linguæ morbus in oēs
Famosum faceret celebri uirtute probatos:
Assequitur quod poscit:opus nec plura moratus
Sic ascendit æquum.portamque egressus ab ortū
Quæ sibi nomē habet:iamiā sycophanta ꝓpinquat
Qua Mauors feruebat atrox:cum cæna Venusque
Mox redit in mentem.pungit calcaribus acrem
Cornipedem.repetitque domum sub luce maligna
Non ingressus ea.qua porta egressus abisset.
Discumbit gemino sus immundissima luxu.
Pusio nam sedet hinc:sedet illinc fratris adulta
Filia Leuce tui.nam coniunx ægra cubile
Solum sola tenet.sicca macilentior ulua.
Inter cænandum non cessas Leuce puellæ
Impia per Veneris iungi commercia fœdæ:
Pusio dum cellam iussus dum uina frequentat.
Hic neq; concubitus renuitue doletue nefandos
Leuce tuos:dum iussa tuæ petit illa cubile
Coniugis.obsequium miseræ potumue datura.
Septima nequitias postquam per mille suprema

Hora uidet tandem positæ bellaria mensæ:
Grati animi officium Leucus facit.ille puellam
Quam meruit sudore:tener sibi ducit ephebus
Vxorem.leno pariter coniunxque futurus.
At Leucus nimio postquam sopitus Iacho
In lectum portatur inops sensusque suique:
Dumuitulos somno superat stertente marinos:
Hostis ab horrisoni prohibetur fluminis omni
Traiectu.repetitque uagis tentoria signis.
Vix Leucus somno postquam uinoque solutus
Se collegit iners:quinta post luce profectus
Castra petit:cum iam nullos offenderet hostes.
Mox rediens audita refert.magnosque tumultus
Concitat.insimulans pariter fidosq; probosq;.
Hinc sibi uenatus famam:quod solus in illos
Exacuat diram liuoris uulnere linguam:
Qui uirtute magis uireant:Angulumq; Philippum
Obseruare ducem pietatis munere pergant.
Rebus in humanis fama fallacius una
Esse nihil Leuci declarat lingua procacis.
Detrahit ille bonis.doctorum scripta uirorum
Deprauat.clarumq; parat sibi crimine nomen.

¶Hecatosticha septima.

c Osme tuos unquã si mores forte momordi:
Hunc pia priuatim permouit causa poetam:
Namq; lacessitus tam sæpe furẽtibus armis
Inuidiæ atque odii.dum propulsare tuorum
Negligis iniustam rabiem:paterisq; uidesq;
Indigna me mole premi:mox arma capessens
Ferre dolor quæcunque potest & nobilis ira
Insurgens meritas in te conuertere pœnas
Dum paro:lasciuos penitus delabor in enses.
Teque simul totamq; domum natosq; thorumq;
Inuoluens una.rapiensq; premensq; ruina
Fortunam monui non omnia posse superbam.
Quæq; ego dum relego perfundi Cosme rubore

Ad Cosmũ medicẽ

Non aliter soleo:roseis quam prima quadrigis
Antipodas linquens imis emergit ab undis
Ad superas aurora plagas satis una pudoris
Hæc fuerit uindicta tibi:quæ sola proteruum
Impulit in carmen nostras stimulata Camœnas.
Si libet ad pacem reditus & dulce patescant
Nomen amiciciæ.si suscepisse probati
Bella uiri tremibunda solent:ut pace fruantur:
Iam nimis inter nos bellorum cessit & iræ
Ergo animi redeant iungatur dextera dextræ.
Fœdera si stabili semper durantia porca
Percutimus:fugiatque procul simulatio fallax:
Laus mihi clara quidem:tibi sed præclarior uni:
Cui magis alludit fortunæ uul tus & ora.
Ast ut nosse queas ueris nos rebus amicos
Factos Cosme tibi:dicturus adde parumper
Tranquillas aures attentæq; otia mentis:
Primum Cosme tibi penitus te redde. tuisq;
Ciuibus exulibus.quos factio iecerat anceps:
Teque simul patriamque pio placare fauore
Incipe.res ingens.at magnis laudibus una
Extollenda quidem:quæ malit parcere uictrix:
Quam uelit ulcisci.satis est ea magna profecto
Victo:cui liceat flammas satiare furoris
Nec libeat.mauultque dei quam Dæmonis atri
Se similem.depone tuas uir maximus iras
Diuinasque sequens:humanas despice leges.
Quod si tua minus res hæc tibi Cosme uidetur:
Et metuis falli:quoniam non omnibus idem
Est animus:secerne bonos:& redde senatu.
At reliquos:quorum tibi mens suspecta quietem
Excutit.in populum transfer.uel sola potentes:
Quæ gener acceptos statuit potuisse Sabinos:
Quo discant ueris uirtutibus esse petendum
Et decus & nomen:fraudemque nocere dolosque.
Hæc seruanda putans intra tua mœnia cunctis

Gentibus innumeros eris admirandus in annos.
Constituesque tuum robur constantius omni
Externo terrore uacans & ciuis & hostis.
Altius hinc oculos & lumina mentis in omnem
Italiam tollens:uenturos prospice casus.
Nonne uides:quantis conatibus undiq; Mauors
Et Bellona furit?mergit Neptunus ab imis,
Irrequietus aquis:irasque accendit in astra.
At serus Saturnus habens sua callidus arma.
Ingeniumque sagax extinctos suscitat ignis.
Magnaque molitur miseris incendia terris
Ni reuocet Neptunus equos:redeatque sub antra
Carceris undisoni.imperio contentus aquarum.
Hæcne uidens Italas inter celeberrima diuas
Otia ferre potes?nec te Florentia sentis
Tanta mole premi?quid enim uictricia tandem
Arma parent?seruare modum uictoria nescit.
Indomitique animi laxis spatiantur habænis.
Ergo age diua parens sopitos excute sensus.
Collige te paulum.requieque admitte laborem.
Atque omnis rimata uias.cape prouida callem:
Quo secura tuos ualeas deducere somnos.
Nosti hominum mores.tua nec ludibria nescis
Ausoniæque luem:siquid.quod rector Olympi
Ipse uetet Cosmusque tuas qui seruat habenas:
Accidat aduersi.tibi soli magna dabuntur
Præmia:si iustis expendes lancibus æquum:
Te Saturnus amet:uereatur & ipse tridentis
Equori domitor:fugiat furor omnis & arma.
Nullaque per Latium færalis bælua surgat.
Cosme igitur si laude cupis superare sepulchrum:
Te mihi restituens & ciuibus urbe fugatis
Omne tuum patriæ studium curamque saluti
Impendens.Italiæ turbantes fœdera pacis
Primum blanda moués.præcibusq; intentus & atti
Effice:deiiciant gladios Mauortis iniqui.

Quisque suo læti caueant aliena uicissim
In prædam uertisse sibi sub iure maligno.
Sed si consilium & suadentia uerba furorem
Tollere bellorum nequeunt:tum suscipe partem:
Quæ tibi debilior.quæ iuris amantior æqui
Visa sit.hancque foue cunctis conatibus unam:
Altera quo norit sibi sanius esse quietem
Certa pace sequi:quam spem præferre decoro.
Hæc nisi curaris:uideas noua surgere bella:
Constituique ferox regnum sub gente Latina:
Nec cuiquam tandem seruile licere ferumque
Detrectasse iugum.ergo rerum consule summe.
Nam consulta nihil post factum sana ualebunt.
Nec tu facta deus facias infecta:licebit
Ipse uelis.& cuncta potens:hoc non potens unum.

¶Hecatosticha octaua

Ad angelū

Angele quod præcib⁹ totiēs cōtenderis:ecce
Scripsim⁹ ad Cosmū.morē tibi gessim⁹ unū:
Nam quos iste dolos in nos patrauerat ui⁹:
In mala quos seruat uel coniurata clientum
Agmina transtulimus.quantum profecerit ad rem
Consilium uir amice tuum:tu uideris ipse.
Illud forte mihi non indubitale:uulgo
Quod dixisse solent.nunquam qui læserit ultro:
Ignouisse trucem.sed dirum mente uenenum
Extremam uel ad usque diem sepulchri.
Conscia namq; sui cui mens malefacta nefasq;
Vsque repræsentat:metuit malesanus & horret:
Quas meruit:nequando suas in tempore pœnas.
Iure ferat.nunquam saties capit improba uotum.
Nos tamen ut scires requiem non prælia semper
Quærere:ponentes ultrices pectoris iras
Atque omnes odii causas.tua iussa secuti
Difficilem temptare uirum perreximus omni
Artis ope:ut tandem nobis nocuisse puderet:
Ac melior fieret nunc Angele uiribus ultro

Omnibus accurrens facito: ne Cosmus honore
Actiolum priuasse suo uideatur amicum.
Huncq; uelim moneas non sic fore semper: ut aura
Vescatur placida. ueniet nam tempus & hora:
Quæ se depositum sub iudice reddere cogat:
Qui nec dona uelit: nec nummos curet auaros:
Lance sed æquali mores expendat & annos.
Tum sibi pro meritis cognoscet præmia reddi
Iudicio nutuque dei: qui fasque nefasque
Omne uidet: seruatque uices: & iura ministrat:
Quæ si uera neget: monitus si spernat honestos:
Ast aures hominum. quos hæc censenda requirent:
Oraq; mente sagax iterumque iterumq; uolutet.
Nullus enim populus sileat: cum senserit: ora
Qui scis signata ferat ueneranda: Poetam
Cederet ut precibus tanti pudibundus amici:
Ignouisse truci Cosmo. Cosmumq; nefandam
Rursus adhuc seruare animam. pacemq; pacisci
Nolle ferum: quoniam pœnas & debita nondum
Supplicia indigno pro uulnere soluerit audax.
Obsequor Actiolo. sed uos pia numina testo
Iampridem uersasse animo me. Crimina Cosmo
Cuncta remissurum: Cosmi modo pectora nossem
Consilio meliore uti: seseque nefandi
Oblitum sceleris tandem fraudesque dolosque
Ponere færalis. nam nobis ultio tandem
Quid prosit? laudemne ferat: quod despicit ingens
Ipse animus: prohibetque deus: cui maxima soli
Vltio debetur: qui iustus in omnia uindex
Accedens decoratque bonos: punitque rebelles.
Sin duros animos & inexorabile pectus
Sæuus alat: nec ponat atrox quas fouerit iras:
Indomitam Tigrem frustra placare monendo
Parce: suis. pereat sine: uipera tristior armis.
Nam neque me terror Sicarum. nulla ueneni
Spargere quod longo Cosmus cognouerit usu:

Causa mouet.uolui tecum sentire:simulque
Præceptis parere dei:quo uindice tutus
Nil mihi pœnarum soluat sicarius:opto.
At si præbuerit mitis hortatibus aures
Ille tuis:lætoque meos exceperit ore
Affatus:promitte uiro nullius amici
In se uel fidei memet studioue laboris
Cessurum:ratio quantum patiatur honesti.
Nam nec in egregios ciues.quos tristius urbe
Exilium patriæ profugat:mea tæla capessat.
Hos habet infestos.uerum si uellet amicos
Affectosque sibi cunctis in rebus haberet.
Nec petat:ut nostris fiat Palinodia musis:
Ni mutare suos mores.penitusque renasci
Cœperit.utatur nobis:nec temptet ab uti.
Si sapit exulibus patriam dulcisque Penates
Restituat:ciuisque boni quam triste tyranni
Nomen obire magis studio nitatur & arte.
Nec fortuna iuuet:quæ multos fallere nouit
Improba:quos rebus placidis æquarat Olympo.
Nonne uidet patriæ stragem miseramque ruinam
Tristis ab exilii facinus? non aspicit ingens
Vndique conflari bellum uiresque cieri?
Integra ne populos metuat Florentia cunctos
Nobilis Europæ.sed contra audentior armis
Atq; animis pergens referat metuenda triumphos
Sed terror peregrinus habens ciuilia secum
Robora florentis populi quis cladibus urbem
Afficiat? miseris quos mœnibus inferat ignes?
Nam furor armorum mentisque iniuria læsæ
Nec seruare modum didicit nec parcere uictis.
Hæc secum Medices Cosmus si cogitet ira
Ac liuore uacans:sibi sanius atque gementi
Prospiciat patriæ.nobis quoque tristia passis
Materiam præstet:quo se laudemus:& omni
Motu animi posito tælæ reuocemus adulta

Fila nigræ.niueo rursus mutanda colore.
Nam si iusticiæ memorem se fecerit olim:
Alter Aristides nobis aut Troius alter
Aeneas titulis tolletur in astra superbis.
Quod ni iustus erit:nec se patietur amari:
Nos patriæ causam nostramque tuebamur. & tu
Testis eris nulla Cosmum molliriet arte
Aspidã sed diris omnem superare uenenis.

¶Hecatosticha nona.

MAeme decus Senæ mentis solatia nostræ.
Hospitio dum Sena pio nos dulcis haberet:
Ecqd agis?nostrine memor capis otia cũctis
Iam uacuus curis.& digno munere fungens?
Nã te mæme Phanes reor & Cypris iproba liquit:
Nullaque monstriferi tangunt contagia nerui.
Quam te sacra iuuant?quam te delectat Olympus?
Num penitus terras contemnis episcopos omnes?
Totus & ad superos conuersus & aurea celsi
Tecta poli,iam certus iter moliris in astra?
Quod si noster amor nondum tibi funditus omnis
Excidit:oro:doce:quo te duce calle beatas
Ipse domos etiam tandem mitemq; tonantem
Visere uenturi ualeam post fata sepulchri.
Nil tamen acceleres.quãquam rata tempora uitæ
Qui bis Olympiadas natali ducis ab ortu
Mæme nouem:iam plena tenes.sed fige parumper
Si potes:intrepidos gressus properantia sistens
Fila:meos conferre tuis concorditer annos
Dum liceat.pariter que frui cælestibus auris.
Nec tibi turpe puta tecum duxisse Poetam:
Qui quãquam longe cedit tibi iunior annis:
Ipse tamen cana comitabitur undique barba:
Num fortasse times comitem tibi iungere barbam:
Quod neque barbatum qui sydera lustrat: Apollo
Suspicias?non natus habet.quo sæpe sodali
Vteris:ingentem mixta lanugine barbam?

ad Memm Senensem

Ergo manens & uiue diu:nobisque supernæ
V rbis iter non morte doce sed luce serena:
Num queat hæc nostri laudata scientia sæcli
Ad superas nos ferre plagas:qua fortiter omnis
Terroresque minasque necis bellumq; subire
Audemus:stimulosque animi superare rebelles.
Lætitiasque leuis:tum pensi cernere partes:
Q uidque sequi non ipsa decet sub commoda uitæ:
Q uidq; repellendum?scola Socratis omnis & oẽ
Concilium Samii doctoris talia nobis
Externi præcepta boni legesq; reliquit.
Anne alium præstet fortasse incendere callem:
Quo non isse modo:sed peruenisse beatæ
Ad requiem præstet speratàq; gaudia uitæ?
H unc fortasse paret nobis sapientia cunctas
Discutiens tenebras.speculatrix lucida ueri?
Verum hæc ipse queas nobis ostendere:Tuscæ
Qui Sphingos soluisse soles ænigmata pubi.
Interea uerbis o dulcis amice uerendos
Senenses hortare meis:ut commoda quæque
Publica priuatis studeant præferre suorum
Obliti.nam cæca solent sententia mentem
In propriis seruare bonis.ea causa malorum est
Ciuibus ancipiti turbantibus omnia sensu:
Cum sibi quisq; capit.quæ sunt communia: soli.
Cecropis hinc periit sedes disecta Mineruæ.
Hinc Lacedæmonii miserunt colla cathenis.
Hinc dominus rerum populus Mauortius orbem
Atque urbem misera madefecit cæde ruentem.
Quod si ciuilis concordia semper in omnem
Euentum seruata solet prodesse:nec unquam
Obsuit:in primis nunc est seruanda furentes
Dum Latium late rapiuntque ruuntq; sorores.
Aspice Tartareo fauces iam carcere laxas
Cunctaq; terribili mergentia monstra tumultu
In nostram furibunda luem stragemq; necemq;.

Quare age Sena tuos iam tandem prouida sensus
Sopitos excire para.te collige totam.
In mediumque tuis moderatrix consule rebus.
Nec sine:cuiusquam te commiseratio cladi
Asciscat lachrymanda suæ:nec lætior ulla
Te fortuna trahat:rationis at utere ductu.
Delige te nullas exosa uirumue deumue
Aut miserata uices.ueteres nec desere amicos.
Cætera mæmie tuo tecum tu pectore uersa
Prospiciens pariter laudi pariterque saluti:
Publica si patriæ tractaris commoda Senæ.
Insuper exulibus Florentinæque ruinæ
Reliquiis nostro dic nomine sæpe salutem.
Hosq; uelim:moneas:ubi uisere uiribus ullis
Non licet altricis patriæ pia mœnia:temptent
Arte uel ingenio:nec dedignetur obire
Cum præce blanditias:nec spe ducantur inani.
Spes alit exilium.luditque simillima somno.
Et fallit promissa fides.mors ingruit atrox.
Ante superueniens:quam sua detegat arma.
Post hæc nosse uelim:ualeant an cætera belle:
Militiæ quid agunt redimiti insignibus ambo
Petrucius.Michael.Romanæ gloria Senæ.
Et meus iste Gynus.quid cætera turba bonorum.
Candida fœminei si nomina quæro pudoris
Mæme:scio:taceas:nec respondebis amico.
Num tibi uel senium uel sacro uertice surgens
Mitra.uel innatus liuor.stomachusue puellæ
Fœmineique laris te non sinit omnia nobis
Soluere?num saltem per te mihi pulchra Camilla.
Atque eadem toto tibi dedita pectore quondam
Martia.& Euphrasie ualeatne audisse licebit?
Denique si nostri non desperiere labores:
Patritius ualeat:ualeat Ptolemæus:& una
Datus.& ipsa phalanx omnis:quæ culmina summi
Me duce Parnasi dulcis Heliconis ad undas

id eundē

Ascendit:meruitque sacris accumbere Musis.

ℭHecatosticha decima.

NVrsus an ad Mæmū pgant uolitare tabellæ?
Anne alio potius? quis Mæmo doctior alter
Aut melior Senæ? qui legem norit honesti
Obseruetq; decus Musarum:solus Etruscis
Omnibus excellit mea consolatio Mæmus.
Mæme quid obticuit tantum suauissima tempus
Pieris? anne aliquid.quod nolis tristius angit?
Siquid habet tua musa pater:quod triste fatiget:
Ipse equidem doleo.nam ni te corde fideque
Et pietate colam:qui sis probitatis imago:
Censear ingratus:quo nullus gratior alter.
Esse queat:qua terra mari concedit aperto.
Quod si sacra.tuo quæ surgit uertice mitra.
Crasse tique boues.& pinguia terga bidentum
Erexere animos:& te fecere Poetæ
Immemorem satyri:non recte consulis agnis:
Nec seruas præcepta dei.nescisne superbos
Damnari fierique humilss:illosque leuari
Qui se humilis præstent.& tolli celsius omnes?
Nec puto:Mæmus opes studeat cumulare fugacis:
Insudetque auro:qui iam metitur Olympum.
Anne adeo tecum penitus cælestia uersas:
Vt nec amiciciæ cures meminisse nec huius
Aeris? an solus ius possedisse tonantem:
Nec partem fecisse tuis? quæ tanta cupido
Nunc auidum uitiat Mæmum:qui solus habere
Id uelit in mundum quod si diffunditur omnem
Est etiam immensum? forsanne senecta benignum
Ingenium morosa tibi mutarit? & unum
Difficilem reddit:quicunque facillimus esses?
At solet esse loquax & non tam muta senectus.
Dic aliquid quodcunq; uelis:modo dicere pergas.
Si libet:obiurga.quicquid tua lingua loquatur:
Nectareo de fonte fluit.sensuque Platonem

Totus olet:Samii modo non sis æmulus oris.
Sin aliud nihil est:tibi quod nunc offerat hora:
Dic saltem:quam Musa iuuat:quā gratus Apollo
Auribus occurrit.cythara modulante canora.
Num fortasse sibi te totum mitra bicuspis
Arripuit.baculusque sacer soliumque superbum?
Nec nostri meminisse sinit:si talia fastum
Efficiunt:malim decedat Episcopos omnis:
At redeat Mæmus doctorum & lumen & aura:
Quam maiora parans obliuiscaris amicos:
Nam qua peruenias præsens spectator Olympi
Atque dei:si quā ire uia minus ordine primo
Cognoris:quem docta parat schola Socratis oēm?
Sic te sollertem diuinis addito rebus:
Ne simul humanis sollers iniuria fiat:
Namque dei qui se fieri uult calle secundo
Participem:sit homo prius:& rationis oportet
Inferioris opem penitus penitusque capessat.
Otia non animo solum sed corpore uitans
Actio uirtutem facito sua prouida monstret:
Acrior hinc mentis sese uis erigat.illud
Contemplata bonum:quod finis sola bonorum ē.
Iusticia.ut perhibent cunctis uirtutibus una
Sæcius haud præstat.quam surgens lucifer astris.
Hæc uel amicitiam gignit:uel uicta decore
Cedit amicitiæ.quot enim numerus amicus?
At quos iusticiæ titulis extollere possis:
Enumeres pluris sua quam sestertia Bichi.
Quando igitur talis munus seruaris honesti:
Erige tum mentis speculans cælestia uisus.
Nunc mecum conferre iuuet dulcissima uerba.
Fare aliquid:seu forte sales:seu seria malis:
Seu te pulchra Cypris:seu te delectat amata
Artemis:Artemidos quāquā scio frigidus arquus
Quam Cypridos sectare faces.uel dicito:qualis
Astrorum natura homines uersatque regitque:

Nam postquam patriæ tanta est tibi cura supernæ:
Vt neglecta uelis:quæ sunt dulcissima uitæ
Commoda:quosque poli debes uidisse recessus.
Est Sol.Luna.Venus.Saturnus.Iupiter.& Mars.
Atlantisque nepos:qui sæcula cuncta gubernant.
Luna micat tenebris.gaudet Saturnus amarus.
Sol iucunda facit.tædas Cytherea ministrat.
Mars audet.calletque suo Cyllenius astu.
At sibi gignendi uim seruat Iupiter omnem.
Hinc etiam nobis lachrymæ fluxere dolentes.
Et risus.bilisque ferox.& somnus.& ortus.
Sermoque magnipotens.& uix toleranda libido.
Saturnus lachrymat.sed gignit Iupiter anctor.
Mercurioque datur ratio uirtusq; loquendi.
Ira placet Marti.dormitat candida Phœbe.
At Cytherea cupit.iucundus ridet Apollo.
Istane tranquillos orbes superosq; fatigant
Mæme tuos? nostrisque ualent infundere tantum
Vim fera corporibus:stimulosq; infigere menti:
Vt uix ulla homines ratione resistere possint?
Insuper oro.doce.tibi quod sit cælitus astrum
Seu magis infestum:seu quod ducatur amicum.
Nam nec pulchra refers:quæ dat Cyllenius arma:
Cum sileas semper.noctem somnumq; recusas:
Qui uigilias:& nulla tuis capis otia membris.
Iram læta negat facies animique dolorem.
Non adamas partus.Veneris nec præmia curas.
Quod si risus adest:tibi cur non adsit Apollo?
Diligit hic Musas citharæ cantusque magister.
Quur igitur resonante Lyra non cantat Apollo?

FRANCISCI PHILELFI SATYRARVM HECATOSTICHON.VIII.DECAS

HECATOSTICHA PRIMA.

Ad Regem Danaum semida

DA uale qđ tanti uirtutem ducis amasq;
Nō efferre eqdē nō sūmis laudib⁹ausī.
Rebus ī hūanis aliud præstantius usq̃
Inuenias uirtute nihil:quæ sola beatos
Reddit eos:cōites sibi quos adiūxerit (uni;
Annibal Italiam fortunæ flatibus omnem
Terruerat.Romæque ferox sperare triumphos
Cœperat.hunc iuuenis sola probitate superbus
Inuitum cogens patriæ succurrere:magna
Strage fugat:uincitque senem:qui uincerat omnes.
Quanta manus Macedum regem comitatur eūtem
Gangis Adusque truces populos?at maxima uirtus
Quæ nunquam titubare sinit:quos sumpsit amicos
Dum se illi comitem sociamque per omnia præstat:
Seruat & incolumem & nulla formidine tactum.
Liquerat Alphunsum fallax fortuna periclo
Nuper in extremo:quoniam uirtutibus almis
Credere magnanimum.sibi quam fidentius uni
Cerneret.atque hosti sese turbata fremensque
Addiderat.capitur rex florentissimus:omnis
Quem uirtus comitata.duci dum comminus offert
Insubrium tanta pollenti laude Philippo:
Obstupuit uictor.nec enim uicisse putauit
Inuicta uirtute uirum:quem protinus omni
Excipiens pietate inquit:uenerabilis esto
Rex Alphunse mihi:nunquam cepisse fatebor
Te regum sublime decus me dicere captum
Malo equidem.rex celse tuis me iunge triumphis.
Sed quid ego frusta tibi non incognita narro?
Vidisti coram:quid uirtus inclyta regis
Egerit:hostilem non solum flectere fastum

Ausa. sed & uicto uictorem subdere regi.
Multa tibi bona sunt & maxima Dauale: namque
Corporis & forma. leuitate & robore. sensus
Integritate uales. & gestu. & uoce decora.
Hæc externus honos decorat patriæque patrisq;
Laudibus illustris. populi fauor atque secundus
Rumor. amicorum cunei. primatus. opesque.
Et quacunque magis mirandus reddere cunctis:
Gratia apud regem nequaquam ignobilis altum
Hæc autem bona sunt: sed quæ nec nostra uocare
Nec spondere quidem possimus. corporis omne
Fortunæque bonum nobis breuis aufferat hora.
Ast animi uirtute decus præstantius una
Esse potest nullum. uirtus nos sola perhennis
Atque æterna ualet secum comitata tueri.
Hæc te magnanimo nuper uir clare Philippo
Aenice sola duci miro coniunxit amore.
Hæc eadem regem tibi tantum sola benignum
Efficit Alphunsum: quo non est alter in orbem:
Qui melius norit dignos expendere mores.
Hæc eadem uigilis tibi iungit sola poetas:
Affectosq; facit. non est ea parua supremi
Coniectura boni: quod te laudetque probetq;
Vir satyrus: nulli didicit qui parcere sonti
Nam satyri gustus nimiis est deditus ipse
Delitiis: cui mel quandoq; uidetur amarum:
Nectareis quoniam consuerit potibus uti.
Non umbrata placet satyro probitatis imago.
Omnia sollerti studio disquirit ad unguem.
Nec nisi perfecta satyrus probat arte politum
Acer opus: quid enim fucatam laudet amator
Quam scierit faciem? meretricem nocte sub atra
Qui norit. num se quoniam sub luce pudicam
Ostendit: numero castarum iungere pergat?
Num si Bambalio uirtutes laudibus omnes
Poggius extollat: uitiis qui millibus unus

Deditus & probris. uirtutem despicit omnem:
Debeat icc irco bonitatis nomen inire?
Non simulata mihi possunt ne ficta placere.
Vera iuuant. non est: quod quicquam laudibus ullis
Egregiis digner: fuerit nisi Dauale totum
Omni ex parte bonum. iuuat hinc laudare Mariam
Armigerum. iuuat Alphunsum super æthera ferre.
Hinc etiam nobis tu dignus laude uideris
Aenice: qui tanti uirtutem ducis amasque:
Quod nisi te uirtus ingens & pulchra probatis
Ornasset meritis: nunquam tibi tanta fuisset
Gratia apud cunctos: qui se bonitatis haberi
Cultores cupiunt: similem nam quisq; tuetur
O seruatq; sui. quis non miretur ametquæ
Ingenium moresq; tuos: quibus unus & omnes
Excellis quos nostra uiros produxerit ætas
Eximios? taceo reliquis: quibus Aenice laudes.
Magnus es & clarus. tua quæ facundia nostras
Cirrhæo de fonte fluens influxit in aures:
Et quæ sensa refers. totum mihi mente Platonem:
Ore repræsentas totum mihi Nestora dulci.
At bene qui sentit uelut Aenicus: oreq; mentem
Fæcundam potuit coram expræssisse diserto.
Quis neget hunc alios præcellere laudibus unum?
Si doctos. igitur miro amplexaris amore
Facundosq; uiros: nihil est: quod mirer amice
Aenice: qui linguæ ac mentis splendore refulges.
Q uod placidis autem nostras affatibus aures
Mulseris. hortatus: maturem ut uisere diuum
Alphunsum: qui me laudat rex mitis amatq;.
Non equidem inuictus monitus & iussa capessam.
Non & enim frustra suades: qui regia nosti
Pectora: qui tanta flores uirtute disertus.

¶Hecatosticha secunda.

RVsticus nihil est indocto diuite:nummos
Qui sibi uirtuti statuens uitæq; beatæ:
Omnia contemnit:sapiens quecũq; probarit
Diuitis hospicium petiis si pauper inepti:
Inflatus dat terga.timens:ne forte lucellum
Dimminuat præsens:siquid fortasse uel auri
Quæsierit:quod reddat item sine fœnoris usu
Vel siquid pro se coram ut prætore laboret:
Orarit.nam tempus emi uult diues auarus.
Diues ait:certe sapiens mihi nemo uidetur:
Qui sibi non sapiat:quem tristis cogat egestas
Poscere:qui nummos quauis ratione parare
Negligat:ut requiem natis censumq; relinquat
Nam quis honore putet.quis famæ nomine dignũ:
Rebus opem quicunq; suis non possidet ullam?
Pauper in afflictis rebus quam ponere possit
Spem sibi uel natis:cui desit copia uictus?
Diues opes quas stultus habes:qua laude ferendas
Ducis?an ignoras.laudem nil posse mereri:
Quod fuerit uirtutis inops?tu fœnore grandes
Diuitias.patiens & furtis millibus.alta
Incendens ceruice mihi miserande superbis?
Tu mihi pauperiem probro quasi dedecus ingens
Obiicis.ignarus.quam sum te ditior uno.
Ingenii quibus ipse cares:bona plurima nobis:
Multus in armata nummus tibi clauditur arca.
Ast animus nobis nummos contemnit inertes.
Nec se fortunæ dominatu subiicit ulli:
Que seruilis habens te sub dicione peculi
Reddidit insanum:nec ludere desinit unquam.
Plura meis natis linquam:bona.gloria ueræ
Hos uirtutis alet:claris quos artibus omnis
Insignes capiens merito celebrabit honore
Posteritas.nullo patiens sordescere censu.
Nullo egeat uictu.non pulchra ueste nec auro:

diuitis in pauperem inuectiua

Pauperis in diuitem

In se quisquis opem statuit iustissimus omnem
Quin & pauperiem sapiens si nolit:ab omni
Illicet expellens iubeat secedere tecto.
Quam facile est nummos sapiēti cogere:monstrat
Ille Thales:qui mox e paupere diues abundat.
Democritus.qui diues erat.contempsit & aurum
Imperiumq; simul.Thebanum nosse Crateta
Qui uelit:inueniat fieri non posse:ut idem
Diues ut & sapiens una sit.proinde paternis
Diuitiis cum se totum spoliasset & auro:
Mox cynico nudum fingendum tradidit acri.
Qui sapiat codrus:quem semper funditus urit
Auri dira sitis?cuius noctuq; dieq;
Ardet pectus opes?premit hinc metus. inde libido
Vrget atrox.fluctuq; animus turbatur & æstu.
Fœnore dum grandis pariat sibi turpis & audax
Thesauros:famam temnit populique susurrum
Hinc demens nullum didicit seruare decorum
Nec ualet.insanit:penitus quem pungit Erinys.
Te uenter præsente crepat.quod dicat obesse.
Turgenti flatum lateri.uomit omnia coram.
Quæ nimio potu male sint concocta cyboq;
Nec pudet.arridet salibus.quos blactit ineptis.
Oscitat in mensam.sentinam eructat ab ore:
Dum loquitur.sese totum tibi reddit oletum:
Tu uero ni cuncta probans laudansq; uideris:
Eiiciare foras.stolidus fatuusq; uocandus.
Quid quod item quanto sit quisq; uel ore diserto
Pieriaue lyra:uel moribus usque probatis:
Qui norit secreta hominum cæliq; recursus
Astrorumq; uias.naturam protinus omnem
Diues iners.quem nulla regit docttina deusue:
Affirmare audet.tanquam sit docta Minerua?
Nanq; dei cultum siquem censeret habendum.
Immanes animi pestes & corporis atras
Ipse faces nunquam tanto sequeretur amore

Totus auariciæ qui deditus.omnia luxu
Qui dimensus.opes sibi solas ducit habendas
In pretio.qua mente deum teneatue colatue?
Malim equidem dici cautus mus:pinguis asellus:
Indoctusquam diues.inops sensusq; animiq;:
Nanq; hic nil audit:nihil hic cognoscit: at illi
Sunt auditu acres:& conducentia norunt:
Aut igitur locuples doctrinæ insudet & arti.
Aut faueat dignis:ut quam non ipse secutus
Est in se laudem:saltem miretur in illis:
Quos præstare sibi uideat probitate uel usu.
Sic aliquos famæ titulos mereatur & ipse.
Nam quicunque bonis studeat fauisse:putatur
Rursus & ipse bonus.similes nam pectora mores
Deuincire solent studio flagrantis amoris
Dissimiles litem pariunt:animosque rebellis
Conuenisse uetant:odiisq; per omnia turbant.
Horum si neutrum diues malesanus obire
Munus forte uelit:saltem siluisse:suamq;
Stulticiam tandem callens sibi ponere discat
Fræna:nec indoctus doctos carpsisse probosq;
Improbus.in nummos se totum congerat.aurum
Ardeat.emungat rapiat furetur.& omne
Per scelus in Crassi pœnas ruat.ordine certo
Nam punit peccata deus nullumq; relinquit
Supplicii expertem meruit quodcunq; per ignis
Tartareos.sunt & satyræ quæ uulnere sontis
Quod meruere truces affligunt:nulla timentes
Regna nec imperiũ.nam mẽs huic conscia recti est.

¶Hecatosticha Tertia.

HEuce sapis certe.nostro qui grãde labore
Nomẽ apud uulgꝰ parias tibi.scripsit achæo
Eloquio uitas tantorum docta uirorum
Dextera Plutarchi:quas nos qui græca tenemus:
Reddimus totas nitido sermone latinas.
Has autem primum collectas undiq; certo

ad Lenon
[illegible]

Ordine distribuis: stertens quencunq; probasses:
Quenque sua priuans suscepti muneris aura.
Nam quæ quisq; suis facunda prohœmia uitis
Scripserat interpres: hæc tu liuore prosano
Tollere non dubitas. dein stulta licentia tanto
Augescit tibi Leuce magis: patientia quanto
Nostra minus curat nebulonis furta proterui.
Circuncidis item scriptorum plurima: tanquam
Censeri sese malit Plutarchus Hebræum.
Inscribisq; tibi. quæ nos traduximus: ii sdem
Verbis. nec mutas. nec cernis: an ipse cohæret
Sermo: nec ancipiti quam mutat pagina sensu.
Hinc Iris uario colludit multa colore.
Et sphinx mille procax illinc ænigmata blactit.
Quæris apud uulgus. nomen uæsane. nec audis
Ridiculo te cuiq; bono doctoq; uideri.
Hic aliquis nullo scipsit conuiuia fastu:
Plurima qui ueterum repetens inuenta uirorum
Contulit in Latium. quæ te multosq; iuuarent
At tu qui semper fraudes inuectis alisq;:
Deprauas primem mutato nomine cænam.
Apponisq; locis non nullis plurima totum:
Que stomachum moueant illis: bilemq; lacessant:
Quos discumbentes uomitus fecisset ineptos.
Poggius in salibus dum ludit scommata latro
Inseris insimulans conficto crimine castas.
Rhetorices alius tulerat præcepta disertus.
Hæc tibi transcribens ad Gades usq; iacentes
Fur mittis: donasq; illi: qui regna gubernat:
Quo tibi mularum ueniant mox dona duarum.
Mæoniden calaber Boccati Tusce latinum
Reddiderat mercede Leon: quem casta Petrarcæ
Dextra notis uigili studio mandarat Ethrusci.
Hunc quoq; Leucus iners mutato nomine iuri
Ascribitq; suo & famam uenatur inanem.
Quid mirum: Leucus peregrinos quosq; laboris

Si fraudet mercede sui:cum laude parentem
Priuarit:quacunqꝫ sibi prius ille Platonis
Scripta per interpres.quibus est respublica fœlix.
Sumpserat a nostri Chrysoloræ fontibus ortam?
Inuehit in fratrem:quod uiderit ore diserto
Egregium iuuenem nomen sibi remqꝫ parare.
Quid:quod fratre satam?sileo.mollíqꝫ cinædo
Quem subit uxorem uxori coniungit adulter.
Duxerat ingenuam uxorem pulchramqꝫ probamqꝫ
Atqꝫ duos natos illa pariente recepit.
Crimine mox nullo miseram dimittit:habetqꝫ
Hanc:quæ pallidior lœto macilentior omni
Cartha. auri summam maiorem uexit in ædes.
Leuce uelim:doceas.quo tandem iure. quibusue
Exemplis ueniat tibi coniunx altera uiua
Coniuge:quæ gemina fecit te prole parentem?
Id lex nostra uetat fidei præcepta beatæ.
Id fœdum nequamqꝫ putat mox omnis honestus.
Sed te nulla dei tangit nequissime cura.
Iudicium populi nullo discrimine ducis.
Pusio facta probet:laudet tua pusio dicta:
Est satis.iste tibi solus sociusqꝫ comesqꝫ
Riualisqꝫ simul iuxtaqꝫ maritus & uxor.
Verum scire uelim:quid nostros Leuce labores
Veteris in laudem tibi.cur non scripta priorum
Ipsa tuis titulis commutans omnia primum
Asseris:a Leuci penitus manasse medulla?
Hoc apud indoctos.quorum uenare susurrum
Pondus idem faciat:nec nos priuabis honore.
Tu solus fœlix.tu solus Leuce beatus
Qui nimium cluues agitans pallescis: & auram
Hinc tibi lasciuo uigilis.docti atqꝫ diserti
Acquiris.uulgiqꝫ tuba deductus inertis
Elata ceruice tuo depromis ephebo:
Qualia te pathicum docuit uænale lupanar.
Quur tamen infœlix grauibus te reddere pergis

Omnibus infestum: cunctis cur detrahis amens:
Quos doctrina potens mirandos reddidit orbi?
Num tibi forte putas. alios dum carpis: inepte
Nominis eximii titulos lucemque parare?
Nam quæ uera tibi fuerit laus improbe: laudem
Si contemnis eam: quam præstant laude potiti?
Verum dic saltem: tibi cum tam Poggius omni
Sit uita similis: cur huic quoque detrahis amens?
Hunc bibulum dicis. nec cessas usque uoracem
Appellare uirum: uariis quem moribus actum
Atque iniucundis morosum carpere suesti
Difficilem senem: quem nec doctrina nec ullæ
Eloquii uires longum excoluere per usum.
Huncq; abs te doctum iactas per multa: sed illud
In primis: nam cum fortunam Poggius ipsam
Describit: uerbi uim nescit stultior huius.
Infœlix Poggi Leuco resipisce magistro.
Nam si stultitiæ. qua te præstare fatetur:
Defuerit quicquam: Leucus præcepta propinet.
Id mihi Leuce placet: quod cunctis detrahis æque.
Hinc humeris uectus stultorum tolleris alte:
Immemor: ut Phæton qui currum ascenderit: arsit.

¶Hecatosticha quarta

ARcimbolde. uirum quē Gallia prædicat oīs
Principis Anguigeri nomē nō uile Philippi
Iuridicos inter fama iustissime patres
Huc auris intende tuas. paulumque bilingues
A domibus secerne tuis. tranquillaque menti
Otia tantisper requiemque admitte serenæ:
Dum nostras etiam uoces & iure capessas.
Nam quis eum laudet: qui quicquam partis iniquæ
Censeat ut uerum iudex: ni lancibus æquis
Omnia quæque sagax expendat: & omnia cautus
Digerat? hinc aiunt catulos peperisse molossas
Cæcos forte canes: quoniam properantius ædant.
Hinc etiam natos informis dicitur ursas

ad arcimboldu iudicem [illegible]

Prodere:quod partus non tempestiuius acris
Emittant.semper seruandus temporis ordo.
Consilio moderanda quidem sunt omnia iusto
Atque graui.nolim te uel formido potentum
Aut etiam infirmæ mutet miseratio sortis:
Quin quod & aduertas æquũ:quod & unus iniquũ
Atque idem:multo pergas disquirere sensu.
Illi & enim magna septi tumidaque caterua
Cuncta sibi licuisse putant:quæcunq; libido
Suaserit.ast inopes omne sibi adesse fauorem
Conditione uolunt.sed tu qui iura ministras:
Oro:caue:nequid sic inconsultius unquam
Auribus obtuleris:quod sit culpare necesse.
Partibus aduersis aurem si cesseris unam:
Altera sit penitus dicturis libera nobis.
Virtutes ostende tuas.sis fortis in omnem
Ac stabilis casum.præcibus ne cæde.minasque
Temne.nec alternis occurras obuius auris.
Qualis se medio defixus in æquore seruat
Immotũ scopulus:quéq; undiq; & undiq; frustra
Aduersi resono pulsarunt flamnine uenti:
Talem te.facito:cuncti laudentq;probentq;.
Stent leges.stent iura mihi.non prospera nobis
Cuiusquam fortuna obsit:noceatue sinistra:
Noli igitur nobis non admittentibus:ulli
Promisisse aliquid:quod sit culpare necesse:
Nec promissa decet cuiquam seruare:quibus sit
Iuncta per incautas non parua iniuria fraudes.
Quis mea promittat:liceatque iure negare?
Quod si nec legis nec iuris cogimur æquo.
Noli damna tuis inferre uir æquus amicis.
Nec rursum refugos patere effrænatius æstus
Quorundam per aperta doli fraudisque relabi
Aequora.siste pedes.fugientibus adde cathenas.
Ac tandem longi ius temporis erue terris
Oppressum tenebris.& litem solue malignam.

Hæc faciens:pulchro donabis munere gentem
Arnigenam: Insubribus ponetur tertia cæna.
Namq; animus grauibus distractus litibus.arma
Dum tractat furibunda fori:nequit otia ferre.
Hinc iacet exilium Florentinique tumultus.
Hinc & Insubribus conuiuia cœpta quiescunt.
Collegas igitur possis monuisse probatos:
Lege ut cuncta gerant:satyras uereantur:amentque
Quæ neque fulmineo motæ didicere tonanti
Parcere:nec pelagi metuunt.cæliue ruinam
Nam si iudicium reddatur lege uel æquo:
Hos ego cælicolum curabo accumbere mensis.
Sin capiat fallax hos pro ratione libido:
Extremum tenuisse locum mereantur:& esca
Mucida ponatur.neglecto iure feratur
Ius etiam hesternum.crepitet sonitusq; lebetis
Et calicis nigri.rubiginæeque patellæ.
Inde fæcatum uinum fugiensque bibatur.
Quare age Nicoleos penitus te collige.& audi
Ipse tibi.fictos uultus speculatus & ora
Pelle dolos mollisque præces fallacia uerba
Detestare probus.mendacia quæq; perosus.
Quosq; soles:rectos expromito pectore sensus.
Virtutemq; deumq; colens.contemne fauores
Humanos:& facta magis quam uerba precantum
Suspendens trutina iustumq; piumq; tuere.
Quæ tibi per multos peperisti pulchra labores:
Nomina ad extremam uitæ deducito calcem.
Sic te fœlicem merito cantabimus omnes:
Et quos nunc radians.& quos post cernet Apollo.
Quod si nec præcibus tecum nec blandius ipsi
Nunc agimus:nihil est:tibi quod mirato pectus
Corripiat.satyris mos est uitare pudorem
Atq; proterua loqui:quando indignantius iræ
Concedunt dignæ.quod si mihi debita uotis
Obueniant optata meisquæ munus honesti

Præcipit: orator pariter laudabor & idem
Socraticus. figamq; tua de laude tropheam
Nec tamen ipse aliquid de te dubitauero: præter
Id solum ne sessus equis & lassus habænas
Tædia diffugiens & iurgia sæua remittas.
At tu si sapias: occurres fortibus armis
Insidiis. sumesq; uirum. fraudesq; dolosas
Prosternes. cunctis reddens clarissima uitæ
Hinc documenta tuæ: quod sis præferre decorum
Ausus diuitiis inopumq; præmentibus auris.
Sic in laude tuos uiuens deduxeris annos.
Et moriens in laude simul mortalia nunquam
Fata per horresces: moniti modo t emnere nolint
Collegæ uir magne tui: quæ iure dolemus:
Nam culicum morsus timidi fugere leones.

¶Hecatosticha Quinta.

SEmp habet satyræ: q̄ de te plura loquant.
Bambalio: nup scurris q ex omnibus unus
Obscœni meritus palmam sermonis olenté
Nulli spurce uiro. nullis mulieribus alta
Vndiq; conspicuis uirtute peperceris. o te
Fœlicem faustumq; nimis: quem nulla silebunt
Lustra lupanarem: resonis te ganea trullis
Cantabut magnu & memorabile scomma cinædis
Verum ego miratus. quid non tua Vaggia Poggi
Lenonis patet ore uiri: disquiro tacendi
Et genus & causam: nam qui nec parcere noris
Ipse tibi qui mille sales insulsaq; mille
Dicta loqui soleas: quibus & morderis: & æque
Morsibus inuadis: cur o stultissime dulcis
Coniugis inuidia cruciaris: & omnibus unum
Quæ facit obsequio te cunni Vaggia rasi
Et notum & carum neruis notissima mille:
Tot per dicta silet? nec Vaggia cernitur usquam?
Nam si ficta iuuant. risum quibus usq; mouere
Scurra queas. quid uera taces? num forsitan uxor


In poggiu

Maius opus de se per multa uolumina poscit?
Poscat multa:licet:multis quam extollere debes
Prostibulam titulis:quæ te tot donat ephebis:
Quot lassata decem decies repetita uicissim
Vna nocte tulit:monitis dum nupta mariti
Paret ouans madidi non sunt hæc digna relatu?
Scripseris at saltem:qua bis solet arte deinceps
Continuo cænare uorax.te doctior uno
Ad quæcunque furens iubeat Bacchusue Ceresue
Nemo est.officium cedit tibi cæna.duorum.
Nanq; soles:si forte tibi meliora parari
Videris ad mensam:quam ganeo ponit amicus
Haud te difficilem præstare ad uerba uocantis
Vel bene cænatus:dum crapula fluctuat intus
Vsque tibi super ora tumens:stomachoq; laboras.
Nulla mora est:inquis:uenio.mox cũcta retrorsum
Inconcocta ruunt:digytis in guttura mersis.
Hinc cænas rubicundus.edax.fœtensq; p omnem
Corporis illuuiem:sentinam reddis ab ore.
Hæc & plura tuis poteras condire cauillis:
Si saperes.num forte times:ne Lucia pellex
Turbetur:& quod & ipsa sales lasciua procaces
Per tam pulchra suos fieri uelit æmula notos
Ingenii monimenta tui:sed Lucia nescit:
Quid de se sileas:metuis qui plurima litis
Prælia:ne uocitent in ius te lege trahendum.
Magnus Alexander.Bruschinus & ipse canoro
Aere uel Elpenor.clarusq; Carentio.mille
Mille:quibus tecum communis & una fuisset
Lucia:qui dura te sontem lite subactum
De capite & rebus secum contendere cogant.
Fare age bambalio:si rumen cessat anhælum:
Nunquid eo titulis fraudatur Vaggia tantis
Quod pudeat fortasse lupam melioribus addi:
Quas audes nebulo salibus risisse pudicas?
Penelopes semper uitarit Nannion ora.

Lais & aspectum Didonis fugerit audax.
Sed quid opus fuerat:te Vaggia bella maritus
Famosam nugis faceret:quæ sola patentis
Illustrem reddis uesicæ fruge maritus?
Quos modo gemmatos diues Ferraria mūdos
Attulit & nummos:cum te uel luce diurna
Aedibus in lenæ/uicinæ nobilis heros
Et fouet amplexu neruique liquore beati
Spargit anhælantem?paulo post Graia iuuentus
Et barbata phalanx admittitur ordine longo?
Quas tibi diuitias peperit tua Vaggia Poggi.
Qam tamen oblitus sic o ingrate uideris:
Feceris ut nullum tanto pro munere uerbum?
Verum ignosco tibi quoniam ad maiora reseruas
Coniugis egregie nomen:cum Poggius unus
Sis satis ad uires Ethrusca in scommata dandas.
Materiæ satis es:qui cunctis unus in omnem
Ridiculus uenias usum:notissima fias
Fabula:quam uictrix nequeat superare uetustas:
Esse parum censes:quod nullus leno.nec ullus
Pædico pathicus nullus.nec turpis adulter.
Sacrilegus nullus.culpæq; obnoxius omni
Nullus erit.cui scurra iocis non gratus Ethruscis
Accedas?quis Lurcho tuis non gaudeat armis?
Alea te miris laudet concentibus omnes
Impuri similesq; tui in primisq; cinædi
Dicta Typhoneo crepitent tua grandius ore:
Sic & uiue simul.sic & sermone faceto
Vtere.sic omnis uno ordine scurra lacesse.
Decrepitos peraget si totos Poggius annos:
Et queat incolumem Cinci Romane tueri
Iste suam pathicus linguam:quæ crassa salerno est:
Quantus erit Latio uentura in sæcula uates:
Si modo qua nimis is torquetur:sæua podagra
Atque frequens uomitus.laterū dolor.ignis ocelli.
Calculus ac morosa Venus tantisper habænas

Præstiterit laxas:madidæ dum somnia noctis
In medium eructans potu euomuisse diurno
Possit:Blonde legat quis commentaria Flaui
Quæ dulci sermone refers? quis rhetoras ullos
Stoicidasue colat? populum non sæcius omnem
Ad sua lasciuo conuertet dicta cachinno
Poggius ingentem quam quæ Nonaria penem
Flora coronabat supplex tibi ad alta theatra.

¶Hecatosticha Sexta.



E misera:quanto me mors immitis amico
Priuauit.Bernarde tuũ quæ dira parẽtẽ.
Erripuit nobis:lachrimas en spõte cadẽtes
Continuisse equidẽ nequeo.nam publica nostrum
Et priuata mouet pariter iactura dolorem.
Ille erat in nostris unus:cui cesserat acer
Vsus & ingenium:quo se doctrina per omnis
Extulerit numeros.illius ab ore fluebat
Fons Helicon.sensus quantum grauitate ualeret:
Inclyta testis erat:Venetorum curia patrum.
Quippe magistratus:quæ postquam expta p altos
Eius opem sanctamq; fidem uigilisque labores
Rebus in ambiguis belli pacisq;.Catonem
Illum & Aristiden aliquem uel prorsus utroq;
Maiorem duxisse solens.quod protinus unus
Consuleret:sacro rebatur ab ore Mineruæ
Emanasse deæ:quasi Phœbi oracula nosset.
Atq; id iure quidem.nam nec dolus ullus in illo
Nec fraus ulla locum:sed uirtus sola tenebat.
Qualis & hospitibus fuerat:uel qualis amicis
Portus & hospitium.nullum natura creauit:
Cui debere magis quisquis uirtute uel ullis
Polleret meritis:quam uni Bernarde parenti
Vellet clare tuo.nam quid memorare necesse
Est alios? quæ non de nobis maxima dudum
Promeruit pater ille tuus? quæ munera nobis
Non dedit officiis quibus est dignatus amicum?

Ad Bernardũ Iustinianum

Nam ne cuncta loquens uidear te blandius uti:
Id satis atq; super:quod nunquã Græcia nostram
Ornasset musam.ni fretus & excitus eius
Præsidiis.Thracum penetrassem lætus in oras
Hunc igitur talem ni nobis trister adeptum
Sim nimis ingratus.quis enim non lugeat oris
Lumen obisse sui:lucem mutasse tenebris?
At quanquam tali luctu mihi mæstius omnem
Nil fuit in uitam:quicquam nec acerbius unquam
Me tamen absentis recreat fœlicior illa
Vita Leonardi:patrio quam uiuit Olympo:
Hinc quacunque refers genitoris nomen & acta:
Me reficit probitas & doctæ industria linguæ.
Non & enim fato periit qui uiuit in arce
Syderea partemq; sui tua membra reliquit.
In te uiuit enim.cuius pulcherrima uirtus
Et doctrina uirens longe lateq; per omnes
Florescit Venetos fructus latura paternos.
Quare age patritæ laudis successor & hæres
Collige:quæ fuerant gazæ genitoris opesq;.
Fortunasq; omnis stabili seruare memento
Sede sagax:nequid Nemesis queat acris obesse.
Hæc & enim quandoq; dolens indigna beatos
Inuasit furibunda nimis.turbansq; premensq;
Obruit.& miseris affecit cladibus illos.
Non quos arca grauis uigili custode feraq;
Asseruat:nummos tantum numeraueris hæres.
Sed permulta alia fuluo meliora metallo
In primisq; patris bonitas quos fecit amicos:
Quorum ego de numero non sim statuendus i ima
Parte animi Bernarde tui.scis:qualis & ille
In me semper erat.nec te mens ardor in illum
Nec pietasq; fidesq; fugit tu patris imago
Adsis certa mihi:qui te per cuncta reliquit
Hæredem similemq; sui.tibi sume poetam
Omnibus in rebus:qualem mens ille solebat

Iure Leonardus: qui me super omnibus unum
Extulit officiis: & longe semper amauit.
Tu mihi præsidio multis in rebus adesse
Sæpe queas. fortasse tibi quandoq; senatus
Seu fesso curis. priuato siue labore
Multa fatigato per magna negotia fidis
Consiliis prodesse queam. nam grandior ætas
Plura sagax uidisse solet: quibus ipsa iuuentus
Fræta potest melius rebus præsentibus uti
Adde: quod & monitis puer olim cedere nostris
Suetus. magna tuæ cepisti fæmina laudis.
Nam nisi præceptis primis imbutus ab annis
Iustiniane meis. didicisses: quantus honesti
Esset honos: & quod dici nihil utile posset:
Quod uel turpe foret: uel præ se ferre decorum
Sperneret: haud uti modice meliore liceret
Sorte tibi: quoniam nunimi tantæq; potentis.
Vrbis opes fastum secum stimulosq; rebelles
Luxuriæq; faces & mille pericula portant:
Nam raro fortuna quidem uirtusq; coire
Clara solent: quoniam nec calle utuntur eodem
Nec similem posuere sibi sub præmia finem
Nescit enim seruare modum fortuna. sed audax
Omne per extremum sese demensq; uolutat
At uirtus medio semper lætata parumq;
Et nimis omne cauens metitur cuncta pudore
Quod si diuitiæ. generis si splendor & urbis
Altus honos parere uelint uirtutis habænis
Per medium stadii properantes tangere calcem
Præmia certa fuerant: quibus ipse beatus in omnes
Euectus terras notisq; elatus in auras
Celsior ætherias fœlicis nomine gaudet.
Talis erat Bernarde tuus pater ille uirorum
Optimus: ætatis decus & lux unica nostræ:
Cuius te similem si uita gesseris omni:
Qui dolor extremus me ceperit: ipse leuabis

Magne ex parte tuæ lenitum laude iuuentæ.

¶Hecatosticha Septima.

FOrtis iura uiri.quem tristis pressit egestas
Elati cedunt opulenti uiribus.& nil
Iusticiã meruit:careat quod mũere nũmi.
Sic uitio uirtus succumbit:uiribus æquum.
Et gens cuncta tuos sequitur fortuna fauores.
At tu quem meritis probitas miratur:& effert
Clara tuis:ne cede malo.sed fortius omnem
Contra hyemem perfer.ueniet nam temporis hora
Qua Nemesis nequeat successus ferre procaces
Vidimus & famulos factos e regibus olim:
Et qui seruirent:solium superasse superbum.
Inferiora deus non negligit.omnia certo
Ordine dinumerans moderatur.digerit.armat.
Nec quenquam immunem meriti pœnæue sueuit.
Aequa lance pati.tempusq͡ locumque moratus.
Diues erat Crassus.Parthi lusere iacentem.
Perseus ille tuos decorauit Paule triumphos.
Rusticus Arpinas ausus uinxisse Iugurtham
Non semel ipse uices simul has expertus & illas
Admonet:humanis quam stultum est fidere rebus.
Seruus erat qui Roma tuas rex ferre secures
Ac trabeam auderet:nec dedignante senatu.
Hinc igitur rapidam bilem stomachumq͡ tenere
Perge tuum.stimulos animi motusq͡ rebelles
Comprime.sis tecum totus rationis in arte.
Nam refert ipsa dies:quod nunc tibi denegat error
Diuinisq͡ uiis humana audacia cedet.
Nullus amiciciæ locus.Alecto impia regnat:
Vtile censetur rebus præstare probatis.
Fœnus cuncta uorat.non est ducendus amicus:
Qui sua defendat:qui nolit ferre tributum.
Est odio uerum.placet assentatio fallax:
Omnes præda iuuat lætatur quisq͡ rapinis:
Insontes sors dira premit.paretur iniquis.

Victa iacet pietas. furit undiq; sæuus habendi
Ardor & oscænum uændit Cytherea tribunal.
Torquetur:quicunq; audet sua iura tueri.
Nec datur auditus. scribendi nulla potestas.
Si tibi sit coniunx:quæ forma præstet & annis.
Carceris ima petes. tenebris detrusus amaris.
At coniunx delusa thorum sanctumq; cubile
Cogetur mœchis concedere mæsta prosanis.
Perq; uices agitare suas uel pallida clunes.
Dedecus in natos passim miscetur & omnem
Versant probra domum. se nil a pene tuetur.
Quod non insimulent. cui praua calumnia parcat
Libertate dolens. hic omnia turbat & odit.
Insidiis dominum cupiens imponere regno.
Hic spoliat socios ac furtis arma lacessit.
Ille fugam molitur inops. non sustinet alter
Ferre magistratum:quoniam ditissimus auri est.
At tu ambire negans nimium nimiumq; superbis
Hic semper regnet? nunquam priuatus ad ollam
Atque fabas redeat? nunquamne famellica tigris
Ciuili careat pastu? uacuusq; quiescat?
En uirtus prostrata iacet : uitiumq; triumphat
Mille per anfractus:patitur discrimina uitæ
Quisque bonus. penitus terras Astræa reliquit.
Itur in omne nefas. uirtus perit honosq;.
Fœda placent cunctis. nihil est quod cōmoda secū
Afferat:oscœnum. sic casto præstat adulter.
Ignauus forti. sapienti stultus & amens.
Diues honoratur. pauper contemnitur. ille
Solus uera refert. hic ueri ducitur expers.
Illum multa phalanx sequitur celebratq; clientum
Nemo huius comitatur iter:nec tecta frequentat.
Illi Helenen dederis. sed uix huic Nanmon uxor
Nubat. & ille sedet mensa uinosus in alta
Primus:& a Persis cænat deducta gulosis
Hic autem postrema tenens discumbit in imo

Margine.uel nigro contentus iure laconum.
Si tibi lis fuerit cum diuite:nullus amico
Orator tibi adesse uelit.nec iudicis aures
Inuenias faciles.cuncti aduersantur.& uno
Ore tuam damnat per millia crimina causam.
Quæ loquitur diues uel uana uel impia:ducunt
Socratico de fonte trahi gremioq; Mineruæ.
Pauperis est omnis sermo:quem rideat ipsa
Turba frequens.stultúque uocet cerebroq; carētem.
Hæc habeant quamuis sic praui moribus æui:
Sit tamen ipsa mihi uirtus preciosior auro.
Non ideo nos esse parens iubet ille parentum:
Vt queat in nobis ullum fortuna tenere
Imperium.nec quodque decet nos rebus in imis
Moleque corporei sensus membrisq; caducis
Sic nostrum statuisse bonum:mortalis ut esse
Partis opem tantam ducamus:ut ulla superni
Archetypi species patiatur dedecus ullum.
Si mens labe uacet:sitq; incorrupta suique
Persimilis:uullas popularis querimus auras.
Non celebrat nostros uulgus mutabile postes:
Muscarumq; pedumque minus pulicumq; fatiget.
Nostra cliens nullus sequitur uestigia:quanto
Otia grata magis:quanto labor absuit omnis.
Nam cibus & potus satis est:quocunq; iuuamur.
Vincit iura nefas:at nos non uincimur ipsi.
Nubere si nolit mihi Tinderis:ipsa Melissa
Myiaque docta meum non aspernabere lectum.
Deniq; paupertas.cui uirtus præsit amica:
Sic prauis opibus:tenebris ut præstat Apollo.

¶Hecatosticha octaua.

P Ieridum ueneráda cohors lætare trophæum
Fige.nec altisonum iam dedignare triúphũ.
Aurea tranquilli redierunt tempora sæcli.
Iantandem sperare licet:quod millia lustra
Vix optare fuit.despexit ab æthere summo

Iupiter in terras.questus miseratus acerbos.
Nam postquam miseras fugerunt numina clades
Terrenis satiata malis:superosq; beata
Ascendere polos:late regnabat Erinys:
Et laceras Pluton inuaserat inuidus urbes
Pestibus ac luctu sociatus.& arte nocendi
Innumera septus.passim populansq; ruensque
Omnia terribilis tristi uiuentia læto
Presserat:id summum ius fasq; per omnia ducens:
Quod pietate carens raptus suaderet & arma.
Sordet ager.sata quæq; rigét.pecus omne subense
Mugit & horescit uictricis uulnera dextræ.
Ac prostrata iacent cum latis mœnia muris.
Nec solum uestes.argentum & lauta supellex.
Sed cum uirginibus matres miseriq; trahuntur
Multa cæde uiri:quibus & spectantibus uxor
Quicquid collibuit raptori:flebilis.orans
Paret hero.famulisq; feris.lyxisque superbis
Squalent cuncta situ.senio confecta dolenti
Quæq; gemunt.laniata comas sanctissima tellus
Hæc tandem astrigeros spectans miserabilis axes
Verba refert:hominum semper miserate labores
O deus o nostræ qui dura piacula culpæ
Innocui pendens per uulnera corporis almo
Sanguine sustuleras anne hæc mitissime diuum
Aspiciens pateris prædonis crimina diri?
Nonne uides:fracto terras ut carcere Pluton
Vndiq; flamigeris incenderit ignibus audax?
Iam Phaetontis equos ardescentesq; quadrigas
Aequoreasq; trucis rabies oblita profundi
Pernicie maiore premor furit æquoris æstus.
Igni cuncta uorat.cæli pelagique ruina
Ingruit.horrendus bacchatur in omnia mucro
Cerberus intumuit.laxantur uincla gigantum.
Funestæq; canes iaculantes crinibus hydros
In mea damna ruunt.orbis quassatur ab imo

Tartareæ penitus sedis tremibundus hiatu.
In chaos en iterum reditus tenebrasq; paratur
Tristior ambiguas minitatur & undique terror
Færalem summamq; luem.spes nulla quietis:
Ni tu qui lœti potuisti uincere legem
Solus.& infernæ superasti fata resurgens
Ferrra sortis:opem tuleris:tantaque leuaris
Insontem me clade pater.dederisq; salutem.
Quæ dum nubifero lachrymans mæstissima uultu
Orasset.precibusq; Iouem flexisset amicis
Alma parens:& sola ferum quæ perderet hostem:
Quæstio consilium faceret.uariasq; docerent
Pro se quisque uias consurgit maximus ille.
Qui modo sydereas fuerat susceptus in arces:
Nicoleos:sanctam qui inter mortalia Christi
Nomina conspicuus uitamq; crucemque referret.
Atque ait o mundi moderator & unicus idem
Conditor humanæ uitæ reparator & auctor
Qui nos morte tua uoluisti uiuere mortis
Expertes fieriq; deos:quanquam omnia mentem
Scimus nosse tuam:qui solus & omne futurum
Quodque fuit.præsensq; uides:qui tempora nullis
Dinumeras uicibus:tibi sed sunt omnia coram:
Imperio parens referam tibi uera iubenti.
In tantis est sola malis uia certa salutis:
Vt talis gregibusque tuis & talis ouili
Præfuerit pastor:cuius clarissima uirtus
Et doctrina micans te exempla per optima uitæ
Gentibus ostendat cunctis.hic effera belli
Arma queat causasq; pius remouere profanas.
Et pacem populis Martis flagrantibus igni
Reddere.& ultrices gladios hebetare furentum.
Talis summe pater fuerit.si iusseris:ille
Ille meus Thomas:cuius doctrina fidesq;
Iam spectata tibi:quem si præferis unum
Rebus apostolicis tranquillus redditur orbis.

Hic mox omne genus furiarum trudet in Horchum
Nec Plutona diu patietur uertere terras
Agmine tartareo:sed carcere uinciet atro.
Assensit genitor placido sic ore locutus.
Nicoleos consulta probo.quare euge senecta
Iam prope consumptus naturæ cædat & annis
Eugenius.pateat cunctis nil posse fauores
Humanasq; preces promissaque uana petentum.
Pontificem nummis hic se forte credit & astu.
Viribus hic certat.uerbis submissius orat
Iste.minis alius:contendit fraudibus ille.
Nos neque poscentẽ Thomam. nec tale quid unq̃
Mente recensentem uolumus seruare carinam:
Que iam pene perit.mersisq; afferre salutem.
I:citus ipse igitur.placidis illabere Thomæ
Auribus.imperium coram testatus Olympi.
Atque tuo præsens carum lustrabis alumnum
Nomine Nicoleon.dixit.mox paruit ille.
Et mandata tulit.patres tribuere fauores
Imperio iussuque dei.sic numine certo
Pontificem musæ postquam superisque creatum
Nicoleon fatis cognoscitis.ite uirenti
Crine triumphales agite ad capitolia currus.

¶Hecatosticha nona.

ANtoni pulchram modo te duxisse puellam
Audio:quæ ualeat defunctos luce serenis
In lucem reuocare oculis.roseisq; micantem
Auroram superare genis.& uincere gypsum
Atque niuem candore cutis:cui cedat Apollo
Crinibus ex fœlix:modo te cognoris:amesque
Quam tibi coniunxit fortuna deusque uolenti
Vxorem:diuam referat quæ casta Dianam
Atque Cyprin:que te mox sit factura beatum
Pulchra prole patrem.facito modo:uomis hianti
Et subigat glebam:resupinet & æquora fundo.
Parce tamen bobus.nam si contentius ipsi

Antonio panormit

Insudent operi: rursumque & rursus anhælent:
Nec patiantur agro iactum concrescere sæmen
Nullam ferre seges poterit tibi pallida frugem.
Nec tibi turpe tuum ducas audisse Poetam:
Iura maritalis quem bis iam sancta pudoris
In castris habuere suis: titulosq; dedere:
E meritis: quales maiores tangere possunt.
Nam uereor quoniam nunquam sis talibus armis
Vsus: ut indoctus sonipes. quem crinibus altis
Primus Olympiaco spaciantem puluere cursus
Vidis: nec calcem nec palmam pectore uerses:
Dum fera nocturni tractes modo prælia Martis.
Nec tibi præterea conduxerit omnia primis
Ictibus arma simul uiresq; dedisse labantes.
Hasta modum discat. seruerit sua pondera uires
Proxima principiis quo respondere probatis:
Et repetita queant meliusq; probata tueri.
Morigeram in primis sponsam tibi redde per omne
Officium: nam quæ laxas sibi sumpsit habænas:
Imperiosa uirum. dum campo currit aperto:
Illudit: frænumque negans: calcaria temnit.
Te malim: uereatur amans: quam conscia culpæ
Oderit: aut metuat: facito sit tota: quod ipsa est.
Nam color externus. peregrinus cultus. odorq;
Non decet uxorem. damnatur cinnama: cuius
Os oleat. mammæue rosas aut balsama cunnus.
Quam famosa Venus Venerisq; obprobria terrent:
Vtatur modice potu matrona ciboque.
Nec facunda placet mulier: quæ curet honestum.
Sed sileat linquatq; uiro Demosthenis arma.
Nec uolo rimetur cælum causasque latentis
Naturæ Vatumq; deas & dulcia furta.
Seruet casta domum. tælam meminisse columq;
Sit satis. & mentem penitus conuertat ad illum:
Qui cælum terramq; creans sibi uiuere soli
Et parere genus uoluit mortale deosque.

Seruiat illa uiro.uir at illam diligat æque
Ac sese.cordis sit mutuus ardor.& una
Sint in carne duo.geminoq; in corpore solus
Esto animus.nec enim tibi libera iura marito
Esse Panormitæ statuit deus.æqua sed illi
Atque tibi non mœcha placet:sis nullus adulter.
Nam quod quisq; facit:merito patiatur & ipse.
Nec nouus Alcides clauam spoliumq; Leonis.
Trade stolam sumens susumq; columque maritæ.
Illa suis armis contenta domumq; thorumque
Egregia probitate colat.tibi littera soli
Seruiat atque notæ.memini:que scripserit olim
Dada manu secreta sua:quam multa puellæ
Mandauere notis:legerent quæ singula mœchi.
Non opus est illi lena:quæ scribere norit:
Quippe potest quæ sola suos.quos ardet:amores
Arcanis tractare notis.& furta pacisci.
Parthenopæ Siren nomen dedit illa uenustæ
Parthenopæ.sapiens fugit Sirenas Vlysses
Quarum mellifluos cantus uocisq; sonoræ
Desidiam metuens obstrusit callidus aures.
Musica Parthenopes nolim tua nouerit uxor.
Cantibus atq; Lyra gaudet:gestitq; choreis
Insidiosus amor.cupiat:fac seria coniunx
Contemnens festiua iocos.iocus acer amori
Anticipans molitur iter.nona rætia tendens
Ac laqueos illis:resides quas otia præstant.
Vxor agat semper faciatue:quod alma decori
Lex & iura iubent:ne pigra per otia sese
Ingerat ipsa Venus:dulciq; affata ueneno
Incautam superet prædam:uictrixque triumphet.
Cætera tu facilis nuptæ præcepta maritus
Tradideris seruanda tuæ.sed uomer & ictus
Quos modo dicebã:nequeant moderamine certo
Forte regi:primi quoniam placuere labores.
At tu si sapias:febrienti pocula sæpe

Ori appone sagax: fallens sub imagine potus:
Vix ut dena semel potum sua pocula fundant,
Spongia nam semper sitit arida, nullus harenam
Humor alit. nec Scylla famem nec sæua Charydis
Pastu explere queat. modus est in rebus & ordo:
Qui pariat laudem. durant moderata. sed ipsa
Immoderata ruunt quod eo magis effice: quo iam
Iste tuus terram nimio langore sodalis
Despiciens. nequeat tolli rubicundus ad astra.
Finge etiam quicquam. nunc sunt ieiunia, magnum
Nunc ago regis opus: mihi quod feret undiq; nomē
Remq; simul. promitte aliquid: quod leniat ægram
Aut ueste aut gemmas. aut cingula pulchra. uel auge
Et tu uiue tibi: fac te miretur: & altis
Laudibus in cælum uirtutis munere tollat
Posteritas omnis. credatq; canatque beatum.

¶ Hecatosticha decima.

Foenus i Insubribus lauta est & mira supellex
Quod nec Iudaico curatur more nec ulla
Fraude Phari. Insubriū tellus p grata Poetis,
Et iucunda mihi. quid enim natura negauit
Egregium Insubribus? quicquid uel terra, uel aer
Aut aqua dulce tulit: dabit id tibi nomine laniam
Vrbs quæ magna suo mediam designat ab eius
Augurio deducta suis: quæ fixit opimo
Fundamenta solo terras celebrata per omnes.
Hic uiget alma Ceres uariatis messibus aucta.
Nysæusq; pater non uno germine uitis
Insignit sublime caput. cerasusq; pyrusque
Et mollusca rubens & dulcibus addita ficis
Pruna patent: genus omne boni. pomiq; nucisque
Hic uiret. & uariis lætantur holuscula bacis.
Nam quid ego memorē tam multa messe legumen:
Quadrupedumq; auiumque omni discrimie carnes
Quæ Xerxen ualeant uel delectare gulosum?
Quod si quos Padus & quos nutriat Addua pisces.

Quosq; pater Ticinus nitida perlucidus unda:
Quos tot stagna lacusque ferant,fontesq; peremnes
In medium proferre uellim:me lucifer usque
Hesperon ad dubium narrantem fessus:anhælans
Detineat:rursusque suo lunam arceat orbe.
At quid plura gulæ referam fomenta uoracis?
Quidue bonum pecudũq; greges & grande ferocis
Agmen equi:quibus omnis abit cũ corpore uirtus?
Quos qualesq; homines hæc efferat optima tellus:
Sit meminisse satis.mulier si quæritur:unam
Non hic aut Helenen aut unam inueneris omni
Penelopen formæq; bono cultuque pudoris
Insignem:radiis quales fulsere coruscis
Artemis atque Venus:talis celeberrima lustrat
Fœmina uotiuas late longo agmine pompas.
At uir & ipsa sua specie membrisque decoris
Nullius est expers laudis:seu bellica Martis
Arma trucis cupias:citharam seu tangere Phœbi.
Nam quis tot belli.quis pacis quiuerit artes
Enumerare bonas.quis tot præclara laboris
Ingenui studia atq; omnis inuenta per usus?
Et tamen in tanta rerum cælique beata
Temperie fœnus fato truculentius omni
Aestuat ignitæ flãmis flagrantius Aetnæ.
Fœnus enim quosdam rapidis sic ignibus urit:
Vt nec sancta queat natos seruare parentum.
A quæstu pietas.uorat omne usura ligamen
Sanguinis ac recti periit uenerabile diæ
Nomen amiciciæ.quid quod dum reddere uiuum
Atq; lucrum færale paras non redditur ipsum
Pignus?at insimulant tibi nil debere:quod aiunt.
Quicquid erat:nummis te iam exegisse solutis.
Aut latam longamq; togam breuioribus oris
Restituunt.sortemue augent.aut pignora prorsus
Vlla tibi debere negant.fatuumque cauillis
Irrident gaudentque tuis augescere damnis.

Insidias nostris en tendit quisque libellis
Quos tanto sudore maris terræque labores
Dum ferimus:nullis nummis nulliq; periclo
Parcentes Italas a Thracibus usque petitos
Veximus iu terras.nullus mihi fidus amicus:
Nam nec religio quenquam nec cultus honesti
Nec pudor a tristi ualet en prohibere rapina.
Ah færale genus :quorum simulatus amicam
Sponte suam dum uultus opem nil tale uerenti
Promittit:fraudes nectit fallitque Poetam.
O mea diuitiæ tam pulchra uolumina:quo uos
Heu gemitu lachrymisq; sequar?nō pignora uobis
Cara ego prætulerim.non dulcis lumina uitæ.
Mi Xenophon quis te mihi Birrhaginus ademit
Barbarus?in cuius tantum recreabar amore:
Vt dulcem de te natum Xenophonta uocarim.
Musa quid in stabulis faciat nunc Attica fœdis?
Deformes nunc curet equos?an auara ministret
Tecta domum?cænam referat:quæ Socratis aptos
Commemorat iucunda sales?pædia superbi
Quid nunc regis agat tenebris obducta profundis?
Obrutus hic periit.maior iactura Platonis
Instat & Euripidis Plutarchi & nobilis omnes
Inter:Aristotelis.quos doctior extulit ætas:
Illorumq; simul.quod fœnore perfidus idem
Temptat obesse sacro.sic impius ardor habendi
Vsque furens omnis uno ordine ducit amicos.
At tu certa deum soboles dux angle Philippe
Quo nil in totum melius nec pulchrius orbem
Sol uidet:insubrium tenebras has excute terris:
Virtutisq; tuæ tanto fulgore nitentis
Illustra.iaceat.facito dolus omnis & error.
Non & enim noctes tanto in splendore bonorum
Atque tuo patiare nigris dux optime pennis
Vel paucæ uolitent:ne plantæ liuor opacet
Totum etiam corpus.solers natura supernam

Ipsa refert mentem:quam sic humana sequatur
Ars:ut nostra dei mens mentem lumen ad omne
Suscipit auctorem.fallax ut inertia uitat
Nature specimen:sic mens humana:profani
Quam mores uinxere sibi:decus omne perosa
Contemnit scelerata deum.quare inclyte princeps
Hoc genus impurum.quod fœnus in omne uolutat
Dedecus ac facinus:tectis extrude tuorum
Insubrium.probitas tantum ueneranda triumphet.

FRANCISCI PHILELFI SATYRARVM HECATOSTICHON.IX.DECAS

HECATOSTICHA PRIMA.

Ad alphonsum regem

IN gentis Alphūse tuas dū pectore laudes
Verto chelin moderans:dum tot lustrata triumphis
Bella uigil meditor.cūctas ī carmine corā
Pieridas Circhāq; uocans:mors īuida cœptis
Obruit heu subitæ conatus mole ruinæ
Sæua meos:que dira pium magnumq; Philippum
Sustulit e medio.rapiens truculenta bonorum
Præsidium summumq; decus lumenque latini
Nominis:hic & enim fidei seruator & æqui
Portus erat cunctis:quoscunque ingrata rigentis
Per scopulos spumante salo fortuna tulisset.
Hic doctis tutela uiris.hic nobile claris
Regibus hospitium sortemq; in utranque paratum
Omnibus effugium:coleret quos aurea uirtus.
Vos omnes mecum pariter lugere Mariam
Magnanimum heroum:quos grati muneris ullus
Tangit honos.heu uis & inexorabile fatum
Humani generis:quod nec superare potestas
Est Maria concessa fato:qui uulnera sancto
Pertulit horribilis.sæuissima corpore lœti

Ah Tigris immitis fœtaque immanior ursa
Mors hominum: medio quæ ingẽtia calle retardas
Facta ferox liuore minax: quo decidit ater
Aethere tartareos Dæmon turbatus in ignes:
Cyrum Massagetis regem uæsana sagittis
Obiicis. ast Indis primo oriente superbum
Chaldæis Macedon uis importuna tyrannum
Linquis: & oh tantum cæli decus urbis & orbis
Tum meritis tum laude patrem furibunda senatus
Cæsare ludibrium male consultantis & ægri
Efficis. ut montes præruptos flatibus urget
Vndique uentorum rabies: sic inuida magnos
Fata præmunt animos nulli parcentia sorti.
Hic Alphunse tuæ mirator laudis amabat
Regibus e cunctis te rex iustissime solum
Insigni pietate colens: quod luce suprema
Omnibus ostendit moriens nec pignore paruo.
Oh furor humanus. quid frustra tanta laborum
Te moles fastusque rapit. struis alta ruinæ
Culmina. teque deis stultus cælestibus æquas.
Quique parum terræ dimensus corpore toto
Totum animo immenso metiris auarior orbem.
En meus ad Scythiam quem uexit & usq; Trionas
Eoasque plagas. & ad ultima regna cadentis
Phœbi fama ducem præsens. ueteremque Tineta
Exigua despectus humo nunc conditur Anglus.
Quid tibi de tantis opibus dux inclyte restat?
Nempe nihil: nisi qua tetigisti sydera: rerum
Gloria gestarum. sternuntur funditus arces
Quæque tuæ præde cunctis est clara supellex.
Thesaurique tui gemmæque aurumq; superbum.
Quid: quod & ingratos. pateris: quos semp honore
Muneribusque bonus noctes cumulare diesq;
Curaras? ingrata cohors quo more fauores
Humanos sequeris fortunæ dedita lætæ?
Hoc unum damnare tui dux magne Philippe

Siquis forte uelit:possit uel iure:quod usus
Pro ratione graui stimulis leuioris amoris
Hos tibi credideras fidos deceptus amicos:
Qui non te colerent animi pietate fideque:
Sed tua:quæ regeret fortunæ casus & aura.
Non igitur mirum:si coniuratio furum
Et plebes ignaua tuum pater optime nomen
Dilacerat:quoniam tecum fors blanda periuit.
Nec pudet ingratos præciosis uestibus uti:
Et famulum cuneos sese ostentare sequentis
Per longas plateas.equitum stipante caterua.
Ast hi quos meritos male dignabaris honore:
Et mortem doluere tuam: lachrymisq; sepulchrum
Quottidie tristes irrorauere profusis.
Hinc Alphunse tuis rex prudentissime rebus
Consule.si mendax hominum assentatio tantum
Nutrit mente dolum blandis affata uenenis:
Fictos oro:caue uultus simulataque uerba
Infidi uulgi.fidos tibi sume sodales:
Selige quos probitas uerax cõmitetur:amicos:
Et qui non pluris faciant mala gaudia risus
Fallacis fortuna tui quam mobilis undam
Euripi stabilem.uiolas quam solis iniqui
Quæq; tua cum morte ruunt monumenta Philippe
Fœlicis uitæ.cœli sublata sub axem
Quæ sunt Insubribus stupor & memorabile cũctis
Gentibus auspicium:radicitus excidit omnis
Arx æquata solo.trabeam non auctio solum
Atque sagum pacisue togam uenire coegit
Plebeia crepitante tuba:uenalia uidit
Quod meminisse pudet:uulgus campestria totum
Dedecus ah nostræ graue tempestatis & ingens
Dedecoris probrum.uel succintoria tanti
Principis en patimur uulgi ridente corona
In medio uenire foro.iacet ille philippus
Oh regumque ducumque decus.uirtutis imago

Vix tenui tumulatus humo.contemptus & expers
Funeris officii:flætus cepere querentem:
Dum grauiora queri tecum rex optime uellem.
Quare age si memorem tibi se fecere Mariæ
Res gestæ laudesq; tui cape principis huius
Tutelam:famamq; foue:munusq; repetende.
Sic & enim gratus cunctis memorabere sæclis
Altisonoq; tuas modulabor carmine laudes.

¶Hecatosticha Secunda.

Ad philippū mariam ducem mediolani

SI uitam pensare mea fortissime princeps
Luce Philippe tuā sineret deus:ire p ignis
Fulmineos:æstusq; maris . p sæua Leonū
Ora per hostilis gladios in fata Philelfus
Optaretq; libens:& sese traderet umbris .
Sed quoniam fatis prohibemur tristibus ægras
Commutare uices:& dulci numina uoto
Obstant dura meo:quod solum possumus:omni
Prosequimur mærore tuum luctuq; Maria
Heu obitum.quid enim mortem quid fun⁹ acerbū
Non doleam dux Angle tuum:te clarior orbe
Nullus erat.melior nullus:quem magna parentum
Nomina cum propriis referentem laudibus æque
Corporis atq; animi speculum dedit omnibus unū
Nobilior natura.nihil mentita.nec usquam
Nacta parem tecum qui uel contendere posset:
Vel si forte pudor periisset protinus omnis:
Auderet.sensu ueteres membrisq; superbis
Membrorumq; decore pari facieq; uerenda
Heroas superans.poteras exemplar honesti
Omnibus esse unus .quis te præstantior alto
Inuictoq; animo: quem nec dolor efferus unquam
Nec metus exterrens per mille pericula quiuit
Dimmonuisse loco:sileat Mauortius Hector.
Alcidesq; ferox:& qui Garamantas & Indos
Fregerat armipotens.hic nec tibi maxime Cæsar
Cesserat excelsis animi conatibus ingens.

Quæ non Angle manu gessisti prælia uictor
Indomitus? quæ bella tuis fremibunda triumphis
Non tandem parere doces? mitissimus hosti
Munificusque adeo: foret ut uotumque salusque
Vincier. atque tuas collo subiisse cathænas.
Maior alexandro. nam nec te læua minorem
Aspexit fortuna uirum nec dextera fastu
Extulit. ast omnis te uidit semper eundem
Euentus. nec enim te quicquam il lustrius unquam
Posse tibi faustumue magis contingere ducens.
In te cuncta tibi statuis bona: quæque suprema
Sors hominum præstare ualet. te iustior alter
Nemo fuit. probior nemo. nec amantior æqui
Perfugium miseris. uirtutis solus abactæ
Portus & hospitium. decus & spes unica uatum.
Hei mihi diua cohors musarum. quanta ruinæ
Vis extrema tuum manet ac premit undiq; cœtum.
Quæ uos ulla capit iam tellus? cuncta furore
Mars agitat: sternitq; ferus. pestisque famesque
Ingruit, en macie cutis omnis liquitur atra.
Labitur in tristem corpus miserabile morbum
Cui libeat uixisse probo: sæuissima postquam
Mors rapuit nobis intempestiua Philippum?
Hic & enim solus doctosq; probosq; fouebat
Hic solus pietatis honos humana superno
Cuncta subesse Ioui dum cogitat: omnia mentis
Consilia æternam sapiens referebat ad urbem
Quæ non templa pius miro decorabat honore?
Quosue sacerdotes quoscunq; uerenda probaret
Religio: studiis. opibus. cunctisq; benignus
Præsidiis solus non tutabatur ab omni
Strage uel interitu? nosti Martine Columna.
Eugeniusque
Vnius auxiliis Angli cecidisse furores
Hostilesq; minas. & tanta pericula cladis:
Quæ templum sceptrumq; Petri iã certa manebat.

O superi mites tandem miserescite gentis
Humanæ: quam dira premens sors turbat: & angit.
Iam profugam terris pacati reddite pacem
Et regumq; ducumq; ducus uel morte subacta
Ille reuiuiscat. tanta uirtute Philippus:
Vel saltem siquis maior mortalibus extat
Hunc tandem faciles Italis concedite rebus.
Sed quis erit: tantis qui laudibus emicet unus:
Qui ualeat Latii tenebris infundere lucem:
Siquis erit: Federicus: erit quo maxima priscæ
Austria magnanimo lætatur princi pe gentis.
Hunc & enim titulis quoniam polleret auitis
Atque suis: celsi maiestas sacra senatus
Imperii uoluit Romani sceptra ferentem
Regibus Augustum late preponere cunctis.
Hic fauet ingeniis. Phœbum ueneratur amatque
Pieridas: cuius penitus iam pectore Cæsar
Iulius insedit: uel siquid: Cæsare maius
Inuenit natura hominum: quod posset Olympo
Au t æquare sagax: aut iam præponere terris:
Has igitur: regem site deus opti mus alto
Destinat imperio: tenebras Federice malignas
Excute ab Italia: Latio si illuxeris uni
Lampade fulgentis radianti iuris & æqui
Se tibi mox facilis totum submiserit orbis.
At bonus insubribus qui te bonitate fideq;
Ac mira pietate colunt ex omnibus uni
Tranquillusq; piusq; ueni. natisq; parentem
R edde tuis: malisque patris quam triste subire
Nomen heri. nam quando deus quos ipse beauit
Morte sua. seruas quam natos maluit esse:
Ni poterunt momenta quidem pulcherrima rebus
Mox Afferre tuis. pollent nam milite multo
Ingentique auro. Quæ si. Federice benigno
Sydere lustrabis: Romano rectius æque
Prospicies regno. & lachrymas luctumque philippe

Quo nimis afficimur: desideriumq; leuabis.

¶ Hecatosticha Tertia.

IAm nimis atq; nimis laut⁹ mihi Sace uideris
Qui tot nec breuib⁹ mihi sollicitate tabellis
Et sileas semper: possisq; superbus haberi.
Quod si sola tribus reddisset epistola uerbis
Reddita: quæ menti tibi me fore diceret atq;
Facturum tete: quod cunq; poposcit amicus:
Nulla meam de te mentem concepta moueret
Suspicio. quid tantã diu mora detinet ægram
Cunctantemq; manum? num te chiragra fatigat
Effera: quæ calamo dextram dare nolit inertem
Ast hanc esse negant causam: quicunque podagram
Affirmant te Sacce pati. reliquisq; uacare
Morribus infestis. num te fortassis amores
Oblitum fecere mei stimulique puellæ?
Nam mensura Cato pendentis plurima nasi
Creditur ingentem uulgo promittere neruum.
Hoc ne katherine forsan tua perfurit uxor
Nam quandoq; mihi uideor uidisse furentem
Vxorem tibi Sacce tuam. quod ferret inique
Prælatam nerui teretis sibi munere mœcham.
Num Venerem musis etiam Phœboq; parenti
Prætuleris: superare queat num turpe decorum:
Sin dolor affligit: quem fert uis sæua podagræ:
Hanc tu pelle fame. bilis truculenta feroxq;
Pituitæ rabies uitiato sanguine uenas
Per graciles membrisq; bonas hanc gignit alitque:
Subtrahe tormentis alimenta prementibus æqua
Præbens lance sagax stomacho potumq; cibumq;
Nam tibi molluscas & mala placere. pyrumq;
Castaneasque latens quarum sit podicis aura
Spiritus ac crepitus: peponum. ficosq; recentis
Vna uoce ferunt: Tyriæ quæ nectare uitis
Cretensisq; solent malesana cibaria fundi.
Pituitæ hinc horret glacies. hinc feruida bilis

ad catonē
Saccū
Iurecōsultū

Surgit.& in gracilis comitẽ trahit improba uenas.
Hæc tu Sacce caue.frænumque immite sodali.
Nec tibi crediderim te successisse parentum
Huic etiam morbo hæredem.nam nulla paterni
Insidiosa mali uis & natalis origo
Innatos transire queat:modo certa sequamur
Viuendi documenta suis rationibus acta.
Quinetiam diris obsistere possimus astris:
Si uolumus.nam nulla potest extrema potestas
Cogere uirtutem:quæ libera sola suique
Victrix.omne ualet prauum contemnere robur:
Quod si nulla trucem ratio domuisse podagram:
At saltem flexisse potest.sin acrius hærens
Indocilem sese præstet:nolitque domari
Turgida:non minimi facito solamina uitæ:
Quam tibi longæuam morbus promittit auitus.
Atque tuis calamo totiens optatus amicis
Redde uicem:dederit quãcunq; diesue deusue
Nam nec iura.docens quæ monstras clarior unus
Omnibus & doctis multoque uigentibus usu:
Vlla uetant seruare modum.tacuisse decebit
Interdum.quandoque loqui non dedecet apte.
Sed tu Sacce siles.nec respondere roganti
Tandem aliquid pergis.quæ te tam dira libido
Ceperit:ut malis te mutum prorsus haberi:
Quam qui saxa queas montisq; mouere potenti
Eloquio:cuius magnum tibi gloria nomen
Per Latium pariens medio consedit in orbe?
Num fortasse taces:quoniam iam læta secundis
Flatibus aspirans.melius sperare probatos
Hortetur fortuna uiros? uir fortis & idem
Callidus ac sapiens fortunam temnere nouit:
Quid tantum fortuna boni promiserit unquam:
Quod stabilis seruet:quæ sit fallacior aura?
Omne tuum mi care Cato.si recta sequaris:
In te pone bonum:quod nec fortuna:nec ignis.

Nec pelagi rabies.nec edax auferre senecta.
Non morbus.populiue fauor.non mentula possit.
Fortunam sequeris:tibi quæ blandita latentis
Innectit fraudes? rapit assentatio mentem?
Falleris.ac nescis:quantus te ceperit error.
Crede tibi.sed fide deo.procul absit ab ore
Omnis adulator:cuius uel ficta loquendi
Maiestas grauitasque leuis.uultusque dolosus
Incessusque monet:quam sit færalis eorum
Improbitas:qui mente mali fideique profani
Hostes.esse boni nolint.studeantque uideri.
Nam nimium ficti credis sermonibus oris.
Et simulata putas ipsam redolere Mineruam:
Qui medio plærūque die fallaris ut umbra:
Et quod nosse cupis:statui modo Iupiter adsit:
Ducere in Insubribus.uitæ quodcunque futuræ
Est reliquum:nec sæua ducem quæ fata Philippum
Eripuere mihi:ualeant mutare uel ira
Percita consilium.regio placet ipsa uirique.
Nam nisi fulmineus qui iam tonat undiq; Mauors
Irruat.inuitas abigens formidine musas:
Hæc nos terra manet:quæ cōdat mēbra sepulchro:
Cum sibi depositum natura deusque reposcet.
Hinc & enim Veneti nomē memorabile & ingēns
Horrendo terrore premunt:hinc Cotthus Alanus
Blandiciis etiam metui est.Francique minantur.
Insuper Augustum qui se uocat.ultima Rheni
Agmina Danubiique trahens fera corpora secum
Non dubitat dixisse palam se iuris herilis
Insubribus causam moturum Marte feroci.

¶Hecatosticha quarta.

SIquid habēt Phœbi tua dulcia uerba uerēdi
Phœbe:meus uellem tandem Laertius iret
Ad dn̄m.nec enī quicqd tibi cōmodat ullus
In proprium debes titulum donumue referre.
Barbarus ipse meus simul humanissimus unus

Atque idem cunctis præstans probitatis honore
Scit me uera loqui:cuius tibi nomine mores
Atque uirum uitas.quos doctior extulit ætas.
Tantisper cessi:legeres dum scripta priorum.
Sed quia nos faciles nimium tibi forte uidemur:
Ipse etiam facilem uoluisti forte rapinæ
Te præstare noue.quod si mea pectora nosses:
Vt decuit:noster numquam fugitiuus abisset
Inque pudens.dominumq; latens Laertius adte:
Nam poterat liber:si quod mutare libebat
Hospitium.Phœboque frui quocunque uocato.
Nunc quia se nostris indignum præstitit audax
Muneribus:facito:redeat fugitiuus ad ædes
Verna suas:ut discat:heri quid pensitet ira.
Nam mihi quod ueniant lasciuæ dona puellæ
Zinziber ac Cypriis mellita cucurbita cantiis.
Nil facit:ingratus possit quo gratus haberi
Vel minus ingratus:cuius sit causa nefanda.
Non & enim tanti facimus quodcunq; lucellum:
Vt uiuum leuiore lucro pensare uelimus:
Præsertim cum nostra dolo subducis iniquo.
Quare age curriculo repetat fugitiuus herile
Hospitium:discatque iugum:quod ferre negauit
Improbus:& multo cædatur uerberis ictu.
Sin forsasse metu reditumque iugumque recuset
Furcifer:ac præcium quod nolim:soluere malit:
Soluat mentis inops.pereat malesanus in horam
Remq; malam:postquã dominũq; fidemq; fefellit.
Stragula sed lato ueniat mihi lutea lecto.
Aut aliquid Phœbo dignum nostraque Mineruá.
Et sibi furtiuos habeat seruetque recessus.
Hinc tu Phœbe ualens:mitis accommodet aures
Barbarus iste meus: rursusque iterumque rogato.
Barbare qui priscos superas Hellenas & omnem
Moribus Ausoniam:qui solus barbara semper
Facta soles uitio cunctis ascribere:quo nil

Cultius hæc ætas aliud tulit æmula priscæ
Laudis:ab horrisono semotus turbine rerum
Accipe tranquillo pernoscens pect ore:noster
Quæ tibi suadet amor.nam me qui talia tecum
Nunc agitem:ueneranda fides priuataque cogunt
Commoda:quis olim tua nos respublica donat
Innumeris:quæ me statuit ciuilibus uti:
Atque frui titulis.& ciuis munera ferre:
Quæque meis recte studiis dum consulit.ultro
Ipsa magistratum:sileo nam cætera:pulchrum
Illustremque dedit:melius quo Thracas & urbem
Byzantos peterem:cupiens:quid Grætia posset
Eloquio facunda suo:perdiscere coram.
Sic tantis igitur meritis affectus:amore
Ni Francisce pari Venetos uos prosequar omnis
Censeat ingratus:qui sim gratissimus unus.
Namque ut priuatim mira pietate fideque
Te uir amice colam:doctæ commertia linguæ
Efficiunt laudesque tuæ:quibus omne Latinum
Tollis in astra decus uirtutum lampade fulgens.
Pacis amatores Veneti quid bella reposcunt?
Iusticiæ studio totum uulgata per orbem.
Inclyta si Venetum iam gloria legis & æqui
Tanquam oblita nouis conatibus arma lacessit
Mœnibus Insubrium miseram allatura ruinam:
Quid gens quæque sibi peregrinaq; cogitet ora?
Sæpe solent Veneti bellum cœpisse coacti:
Quo sibi uel sociis.quos uis pressisset iniqua:
Prospicerent.quid tale ciet Mauortis amorem?
Si socer in generum uobis spectantibus arma
Non iniusta mouet repetens data pignora nummis
Idque prius uestro minime reprobante senatu
Legati docuere palam:quæ tanta furorem
Causa superueniens bellandi exciuit & ignes?
Nec uobis sociisue præmens iniuria uestris
Infertur.iustum quo denique iure uel æquo

Propulsatis opus? quæ tanti causa laboris?
Quid:quod & infectum uobis fecistis & hostem:
Pro quo bella prius socerum mouistis in ipsum?
Quid ueterem quærimur causam? quæcuq; fuisset.
Hæc periit:quoniam fatis rapientibus auctor
Cessat.siquis erat:melioribus additus oris.
Dirus ab Insubribus cur Mars non cessat:abitque
Vt Scythicos Italis referat Turcosue triumphos?
Aut etiam Syriæ populetur regna furentis
In Christum Latiique decus? remouete nefandum
Hinc bellum prædamque pii:quo sentiat orbis
Pace nihil Venetis antiquius esse quieta.
Et legum iurisque bono:quicunque tyrannos
Exosi nullis populis nec gentibus unquam
Impia pacatis inferre:sed ultro benigni
Propulsare patres & sternere cominus arma
Norit:ac lucem tenebris afferre serenam.
Nā quid in arma trahāt Venetos:quos nulla coegit
Causa pii Martis.non uis.iniuria nulla?
Hocne decet Venetos diui sacraria iuris?
Hocne uidens Francisce siles? non ora potenti
Eloquio surgens in publica damna resoluis?
Vtile namque nihil:quod sit uel turpe uel atrox.

¶Hecatosticha quinta.

ad alphonsum regem

CLatus ab Hesperio q surgens æquore totum
Sydere nocti fugo collustras Lucifer orbem:
Insubriū tenebras quid differs ferus ab oris
Luce micans profugare graues Alphunse tuorum?
Nonne uides quantæ turbatis undique noctes
Incubuere uiris:tibi quos tuus ille Marias
Heroum uenerandus honos pietate paterna
Commendat moriens.fidei confisus amicæ?
Hinc Veneti pressere solum.lateque subactum
Depopulantur agrum.Francorum sæua furentum
Inde ruit rabies illinc Germania tristi
Insurgens terrore minax sua suscitat arma.

Sunt quoque nonnulli.quos oportua iacentis
Tempora sollicitant:audentq; audere tyranni.
Singula quæque suis priuatim uiribus arma
Iusubribus conferre manus martemque ciere
Nunquã ineant.metuantq; eadem:quæ cæde suorum
Experti misera Franci iam tardius audent
Diuersis Bellona locis dum dissona linguis
Moreque pugnandi clypeis galeaque minanti
Irrumpit:complerque feris clamoribus auras:
Quid noster nunc miles agat.quo dirigat actos
Acer equos? quæ prima pedes uæsana tremendus
Agmina sustineat? ruit undique & undiq; Mauors
Innumerus:centena ferum quod millia Xerxen:
Dum mare calcauit pedibus:montesque reuellit:
Vix secum traxisse putent.sic ergo iuuentus
Ancipiti distracta metu.quid rebus in asperis
Consilii capiat:nouitas hostilis & imber
Tot peditumq; equitumq; uetat.non deficit ingens
Vis animis roburue suis ad prælia membris
Insubribus:quorum ui capta Placentia uires
En sensit miseranda nimis:dum uana rebellis
Maluerat promissa sequi:quam pace quiescens
Et seruare fidem libertatemque pacisci.
Quid facerent:siquis secum tam grande præmensq;
Partiretur onus:si soli bina reportant
Hostibus e geminis tanta cum laude trophæa?
Sed te certa quidem uarii uictoria Martis
Extremique apices exoptatique triumphi
Rex Alphunse manent:qui si succurreris unus
Auspiciis ductuque fauens:hostilia tanti
Agmina concilii diuersaque pectora cœtu
Coniurata malo mox non secus omnia flammis
Soluantur percussa tuis quam sole pruina.
Quod faciens.Anglo tum respondebis amico:
Tum non parua quidem rebus sceptrisq; futuris
Attuleris momenta tuis.qua mente superbi

Italiam Franci tanto petiere tumultu:
Quid Veneti secum taciti meditentur agantque:
Vt iam nosse potes:sic obuius ito periclis:
Ne robur neglecta mora uiresque capessant.
Consternata uides præsenti pectora clade
Hostibus Hadriacis.trepidant formidine Franci.
Quid dubites igitur perculsos turbine tantæ
Stragis in extremam iam propulsare ruinam?
Respirare uera demersos namque profundis
Cladibus emergant superas si rursus ad auras:
Monstra fieri truciora parent.iramque furentes
Conatu maiore suam uiresque resumant.
Commoda quinetiam si te iam nulla manerent:
Quæ tamen ipsa manent ingentia:nulla Philippi
Grata magnanimi si te.meritumue moueret:
Iusticiæ saltem maiestas moueris:unam
Quam tibi præcipue cunctis e regibus esse
Materiæ curæque ferunt.infertur amicis
Insubribus natisque tuis iniuria nullo
More pii belli.si rex pro iure tueri
Externos etiam populos peregrinaque regna
Muneris esse tui censes:qua lege relictos
Desertosque uelis:qui te pietate parentem
Iam pridem meruere sibi?quid mouit in arma
Romulidas pœnis caput obiectare periclis
Vt mallent quam pace frui?non pressa Saguntus?
Cecropidas Corcyra sibi discrimine summo
Addiderat socios.qua tempestate Corinthus
In sua damna ruit.non est ea parua uoluptas:
Inclyta quam peperit gestarum laurea rerum.
Pro iurisque æquique bono.quæ causa ferocem
Impulit Alcyden:totum ut peragrauerit orbem:
Quo populos gentesque pius:quas dira tyrannis
Præsserat:indignis uinclis turpique leuaret
Seruitio?quæ causa Iouem misisse supernum
Fertur in Arcadiam?non ut feritate nocentem

Tollere e medio iusta pietate tyrannum?
Quid mortale genus memorē? rex ille deorum
Atq; hominū genitor carnemq; crucēq; benignus
Pertulit. æterna quo libertate creatos
Donaret moriens: Ditisque tyrannide sæui
Solueret horribili: regnoque bearet auito.
Ergo age rex ingens populo succurre labanti:
Sit quamuis meliore loco. uariosq; tumultus
Excute fac: metuant Franci: Venetiq; quiescant.
Contentique suo parcant aliena furore
Sollicitare nouo. nec erit discrimine multo
Res temptanda tibi. nam uicti uiribus unis
Qui geminis possint regiq; resistere tanto?
Sic etiam reliqui conatus plæbis herilis
Dispereant. & cuncta suo Germania fastu
Non secus ipsa cadat. lasso quam cornua ceruo.

Hecatosticha sexta.

GAspar. in Augusti qui pulchrū Cæsaris aula
Seruas clare locū: nostri num nominis ulla
Mens tecū pnoctat amans? nā semp in ore
Nostro Gaspar inest. quid enim noctuque dieque
Non mea sollicites repetito pectora Gaspar
Nomine dulcisono? qui coram diligit: astu
Is plærumq; solet simulati nomen amoris
Atq; dolis. ambire nouis: quo fraudet amicum.
Non & enim defixa suis radicibus unquam
Possit amiciciæ uis incorrupta decorum
Non seruare suum. frugemq; per omnia ferre
Tempora: quam primo promisit læta nouali.
Verus enim probitas quem conciliauit amorem:
Idem semper erit. non interualla iacentum
Terrarum. tractusue maris prohibebit amantes
Iungier alternis affatibus. illicet alis
Euolitat aerias pernicibus acta per auras
Vis animi interior: quo dulces pulset amici
Mox appulsa fores. nec enim cessisse Leandro

ad gasparem cancellarium imperatoris

Gaudeat:æquoreas totiens qui nando procellas
Pertulit:ardenti quo responderet amicæ.
Alpheus medias si nunc quoq; diuidit undas:
Teq; sequens Arethusa tuos amplectitur artus:
Quid ualeat casti uenerabilis ardor amoris?
Ipse igitur mecum semper suauissime Gaspar
Pernoctas.loquerisq; die de rebus agendis:
Quod si crede pari de me tibi uenerit usu:
Lætor:& immensas superis quas debeo:grates
En supplex.& promptus habens.te pluribus oro
In me siquid inest:quod te delectet amicum:
Id tibi iure tuo totum desumere pergas:
Non mihi sunt nummi:didici quos temnere semp:
Quisq; tuam Cæsar complet largissimus arcam:
Sed sunt ingenii bona:quæ mihi comparat usus
Ingenuusq; labor.sunt & mea nota Camœnæ:
Quæ Trigtes mulcere queant.lenire Leones:
Ac uariis sedare citum concentibus æquor:
Laudibus in cælum probitatis tollere nomen:
Et scelus in tenebras detrudere funditus Horchi.
Hæc mihi sint longe Gaspar communia tecum:
Seu te Martis amor seu te Cyllenius urat:
Seu iuuet alma Venus:seu te delectat Apollo.
At tibi tu quoniam tua uis communia mecum:
Accipe iam paucis:animus quod lætius optet
Officium de te:quod sim cessurus amico.
Gallia qua lætos Itali complectitur agros
Cisalpina soli cunctos excellere mira
Integritate uigens & mentis acumine uisus
Est mihi Nicoleos:qui ius perdoctus utrunq;
Diuinum atq; hominū.Musas quoq; nouit amatq;.
Arcimboldus enim.liceat si uera fateri:
Rara auis in Gallis:qui te quoq; diligit æque
Ac meniet.uel eo forsan studiosius unum
Te uir magnus amat:quo plus uirtute mereris.
Hunc igitur duplici uir amice tuiq; meaq;

Causa si multum dilexeris: omne probati
Officium solues pulchris de rebus amici.
Quinetiam cura studiis: hunc Cæsar honoret:
Atq; suis cumulet donis. quid regia præstat
Vita: nisi ut possit priuatos uincere multo
Munere: quo decoret dignos quos ducit amicos?
Ipse equidem nullis opibus nulloq; superbæ
Fortunæ cultu uideor præcellere plæbi.
Nec tamen aut Crasso cedam Lydumue tyranno
Nummatoue Midæ. nisi quantum desit: amicis
Quo fecisse minus liceat bene. uita bonorum
Est paucis contenta sibi. fac Cæsar in omnes
Munificum sese præstet: quos laudibus effert
Aurea sydereum ueris super æthera uirtus.
Sic & enim titulis ducetur dignus auitis.
Dignus & Augusti celso cognomine. dignus
Romulidum regno. & totum celebrandus in orbē.
Quid Macedum regi tot conciliauit amicos?
Nempe manus: quæ nouit opes donare superbas.
Nam decus imperii dominator & urbis & orbis
Iulius exemplo docuit nihil aptius esse:
Quod uel inire queat: sibi uel conseruet amorem:
Muneribus: quæ sola maris solidare furores
Et montes superare freto didicere minantis.
Non minimo Persis uitio nec rursus Odrysis
Esse datum legimus: quod nil adeuntibus æqui
Reddere sunt soliti: nisi primum dona penates
Intrassent peregrina suos: quæ magna pararent
Et facilis aditus regum mentesq; benignas.
Hic mos rege quidem non est. sed forte tyranno
Dignus & iis etiam: qui fœnore fasq; nefasq;
Omne colunt. talem se rex præstare laboret
Gentibus & populis. qualem deus optimus ipse
Exemplo docuit. nec enim descendit ab astris
In terras hominumq; genus deus unus & idem
Factus homo: quicquam sibi quo repararet Ihesus:

Sed nobis:satis est regi pietasq; fidesq;
Et non fictus honos:qualem præstare profanus
Assentator auet.sic Cæsar maximus iste
Nil doni Federicus amet.sed munera fundat
Indignos se digna uiros.regemque deique
Se similem populis referat.non more tyrannum.
Sed quid ego moneo?quinam est qui nosse negarit
Quam mira uirtute pius Federicus in omnes
Excellat:quoscunque tulit Germania reges.

Ad federicum imperatorem

¶Hecatosticha septima

ROmulidū impio quē maximus ordo senat⁹
Magnanimi Federice sacro præfecit:ut oīs
Pacatos faceres populos:Latiumq; tyrannis
Pestiferis aliquando tuo rex optime ductu
Per pulchræ uirtutis opus meritumque lauares:
Fer:præco:Insubribus.qui te ceu numen Olympi
Obseruant:augustus opem.bellisq; petitos
Vndique tam sæuis.quæ sola iniuria ducit:
Auxilio dignare tuo.fac sentiat orbis.
Diuite qnam cunctis promittis nomine pacem:
Non solos cauisse tuos.fac protinus omnis
Hostis ab Insubribus reuocet.quibus ingruit:arma.
Nec multus rex magne tibi labor additur.una
Nuper pugna trucis tanto discrimine Francos
Strauit:ut incolumis uix nuncius ullus abiret:
Qui cladem docuisse suos & uulnera posset.
Inde Placentinos quanta uirtute rebelles
Acer.in extremum Mauors iniecerit alter
Exitium:culpæ meminerunt præmia passi.
Quod si præsidium rebus fœliciter actis
Accedat Federice tuum nomenque potentis
Cæsaris inuictum:pereat quicunq; superstes
Supplementa suæ conducto milite cladi
Conatu trepidante parat:non secius omnis:
Quam nocturna solet Phœbo manante pruina.

Ecquis enim dubitet:si binæ uiribus unis
Succubuere simul:facili quam Marte duobus
Mox exercitibus tanto sub principe cedent?
Nam si respirent Franci Venetumq; phalanges:
Conueniantque simul:qui iam timuere subacti:
Ambiguo statuant belli discrimine causam.
Postquam cuncta simul.quibus est uictoria semper
Et speranda uiris pariterque petenda probatis.
Rebus adesse uides præsentibus:utere diuum
Munere.parce datis temet subducere fatis.
Anne ducis summi desit prudentia? nunquid
Militis innumeri robur:sociumue manipli?
Sunt & opes magnæ.sunt oportuna locorum
Flumina.sunt montes:qui nos tuentur ab hoste
Hostibus aduersi.tempus modo selige.cunctis
Quod multum in rebus semper ualuisse sueuit.
Arripe iam lætos.quos dat fortuna:triumphos:
Ne indignata moram Nemesis Rhamnusia turbet
Omnia:quæ longe nunc sunt fœlicia nobis.
Quinetiam Insubrium rebus dum consulis:hostes
Prosternis Federice tuos.num pauca feroces
Oppidaque & latas urbes.Romanaque iura
Franci pressa tenent? Veneti nam quanta tulerunt
Damna tuis:meminisse licet:potes unus auitas
Romanasque uolens ulcisci iustius iras.
Contentine suo Franci fortasse quiescant:
Quos immanis alit rabies:& præda per omne
Sollicitat furibunda nefas? ingentia uersant
Facta animis Veneti:quos nec Romana pudore
Affecisse queat maiestas.forsitan orbem
Incipiunt sperare nouis conatibus omnem.
Nec spes uana quidem.nam si quod Iupiter omen
Maximus auertat:reuocet fortuna fauores
Ac Nemesis turbata suos:quid desit ut unis
Insubribus uictis Venetorum legibus orbis
Pateat? anne parum Venetos terraque marique

Posse putes:quos regna timent tot maxima solis?
Insuper Augustus qua possis lege relictos
Desertosq; pati:quos debes iure tueri?
Num fortasse tibi libertas displicet:unam
Quam prius institeras grauibus suadere tabellis
Insubribus? Federice uide:nec dira tyrannis
Te faciat cunctis suspectum gentibus:ut qui
Ore aliud laudes:aliud sub pectore uoluas.
Nam quoniam te Cæsar amo non uocis inani
Sed uera pietate animi:iuuat omnia ferre
In medium:quecunq; fides mihi candida iussit.
Præterea quorum titulos nomenq; uerendum
Tanta laude refers:Romani gloria gentis
Italiæ.bello populos regesq; subactos
Quot missos fecere.decus non lucra secuti:
Si pergam numerare:dies mihi longa teratur.
Et tu forte tuis qui te ceu numen adorant:
Libertate frui.sibi quam peperere.negabis?
Non equidem rex summe reor:te tanta cupido
Corripuit:quæstum ut pergas præferre decoro.
Affer opem.succurre tuis.hostesq; superbos
Pelle solo.cuius spem libertatis & oti
Obtuleras ultro:si respondere benignis
Pollicitis cures.dignus censebere:celsi
Qui decus imperii terras Augustus in omnes
Amplifices.populi precibus uotisq; uocandus.
Nec tamen Insubribus.quos tanto munere dones:
Ingratas animi labes obiecerit ullus.
Nam per magna tuo referent Federicē labori
Præmia:quæque pio censebis debita regi.
Plura loqui prohibet uir multa laude disertus
Nicoleos:qui ius callens hominumq; deumque
Iusticiæ partes nouit doctissimus omnis.
Arcimboldus enim nunquam uenisset ad aulam
Orator Federice tuam : nisi iusq; piumque
Quantum quodq; uelit:secum prius ordine nosset.

Hic igitur quoniam coram tibi quicquid honestū:
Vtile quicquid erit:referet:si ueneris ultro
Auxilio Insubribus:sileat iam nostra Thalia.

¶Hecatosticha octaua.

Dicat:an obticeat:qđ mens cupit optime sedis
Rector apostolicæ:iubet hic rspect⁹ honesti
Inde patrum consulta diu seruata pudorem
Iniciiunt.uerum tu qui potes omnia solus:
Quod sit opus facto:iuxta ut pernosse licebit:
Sic etiam poteris pariter fecisse decorum:
Vtile quicquid erit temploq; optabile Christi.
Iamppridem teneris magnus me feruor in annis
Ceperat:ut sæcli uisco uanisq; relictis
Blandiciis:tota me sacris mente dicarem
Cœtibus:angelicos referunt quicunq; recessus
Scit me uera loqui Gometius ille sacerdos
Clarus in Hispanis & religione uerendus.
At mea discendi studium dum pectora uersat:
Doctior ut superas specularer & aptior arcis:
Littore de Veneto soluens per aperta profundi
Aequora fluctisoni superatis cautibus atris
Hadriacoq; sinu.dein quicquid sæua propontis
Ioniumq; premit pelagus.uix denique mensem
Ad quintum Byzantis opus.celsamq; superbe
Constantine tuam uideo iam lætior urbem
Hic me doctiloquus Chrysoloras excipit ultro
Ille uir egregius miro complexus amore.
Musarumq; sacras lauros laticesque fluentis
Nectareo de fonte suis dum ductibus heros
Auspiciisq; uiæ cupido præmonstrat:alitque
Esca animum ualida:qua pascitur omnis apricas
Socratis ac Samii pastoris turma per hærbas:
Nescio qua ductus ui cælitus inscia temptat
Pectora per castæ sollers solamina curæ.
Nata fuit Theodora uiro qua pulchrior urbem
Nec Byzantiacam nec quicquid Thracia cingit:

Ad Nicolaū quintū pontificem

Vlla puellari tendat decorasse pudore.
Hanc mihi connubio uinclisq; iugalibus unam
Dum uir magnus auet coniungere:plurima dulci
Ore mouens:quæcunq; refert Aurelius:& quæ
Græcia docta probat:solidis sibi uinxit elenchis.
Hæc mihi dum totidem natos.totidemq; puellas
Liquisset moriens melioribus addita regnis:
Continuo priscis exarserat ignibus omne
Cor mihi multiuagas cupiens deponere curas.
Illicet Eugenio tibi qui modo cessit habænas
Nauis apostolicæ:mentis penetralia nostræ
Pando.precatus opem.meq; ut se digna petentem
Excipiat:iungatque suo per florea prata
Oro gregi.silet Eugenius.prohibetq; Philippus
Anguiger ille.modo superas qui cessit in oras:
Quique mihi fuerat uitæ deus:otia rebus
Exoptata meis.& mentem pace potiri.
Meque maritalis dum rursus munere cogens
Militiæ astringit:cordi male consulit ægro.
Quæ fuit Insubribus forma prælata puellis
Omnibus:Artemidi ut quæ nec concederet ipsi:
Hosnaga de stirpe fluens mihi iungitur uxor
Vulgari ne dote quidem.peperitq; puellas
Tris Vrsina uiro:quæ nunc uescuntur & aura.
At quartus:formæ splendor cui nomen Olympo
Indiderat:patrium dum festinasset Olympum:
Attulit heu miseræ mortem.nam mæsta dolore
Dum noctesq; diesque suum colluget Olympum:
Liquitur infœlix morbo confecta latenti.
Sic igitur digamus rursum pater optime supplex
Tendo manus.fer mitis opem.da posse coactum:
Quod licuit primæ uinclis uxoris ademptis.
Quid:quod iure potest:uetitent si exempla priorum
Rara patrum fieri:Phœlix quoq; rarus in orbem
Mira renascentis referat miracula partus.
Hactenus in tetris lusit mea uallibus echo.

Iam summis uox uera iugis sublata tonantem
Aetherium resono modulabitur undiq; cantu.
Nicoleonque pium placidas concentibus omnes
Proferet in terras dictum cognomine quintum:
Pontificum solus qui nomen & inclyta facta
Virtutemq; souet: musasque admittit. & ornat.
Maius crimen habet digamos: quã quisquis adulter
Hostis & infestus Christi cultoribus olim.
E claris tandem potuit spectatus haberi
Militibus fidei. & mirandus episcopos orbi.
Vtilitas si sæpe solet nonnulla decorum
Reddere: quod duci uulgus uetuisset honestum:
Da pater: ut toto ti bi pectore iungar: & omne
Tecum tempus agam. tibi sydera summa deumq;
Testor eum: quicunq; suo delicta parentum
Sanguine nostrorum redimens. præfecit ouili
Te gregibusq; suis: semper tua iussa capessam.
Nec fallam pater alme fidem. nos ire per ignis
Si iubeas: nudas rapiat mox flamma medullas
Non tigres. ursesq; trucis. rabidasue leonum
Detrectabo uices.. gladios nec sæua minantes
Fata per horrescam: modo sim tibi grata daturus
Munera. meque meis tibi conciliasse periclis
Si dabis: imperium patiar. quod iusseris: omne.
Fac modo cuiusquam morbus dirumq; uenenum
Pectoris infesti nequid mihi durius aures
Aut nocuisse tuas aut attemptasse nefandum
Possit apud sanctas confìcti criminis arte:
Non & enim nescisse potes latebrasq; dolosque
Humanæ mentis: quam uel sitis urit habendi:
Ambitione premitur uel liuor in omnia præceps
Flagitia & facinus uario discrimine turbat.

¶ Hecatosticha nona

d Inuitiis multum paupertas Aenice præstat.
Hæc quoniam neglecta iacet: noctesq; diesq;
Nititur ad laudẽ. somnũ fugat. otia temnit.

Excitat ingenium.nullum irrequieta laborem
Detrectat.nullum didicit uitare periclum
Diuitiæ contra lecus omnia.laudis amore
Tanguntur nullo/molli requiescere pluma
Has iuuat:atque diem nocti transmitere totum:
Nulla animi cura est:nisi quam fecere procellæ
Spumantis Bromii Cererisq; & Cypridos atræ.
Diues enim de se populus quid sentiat omnis.
Non pluris faciat.quam mutus uerba diserti
Quare desidiæ se totum comparat omne
Aspernatus opus:quod gloria suadet agendum.
Dic:quot diuitiæ claros peperere poetas.
Aut oratores?aluit quos aula Thaletis
Pythagoræue domus:quos doctos fecerit aurum:
Quin & diuitias comites fugit inclyta uirtus
Nec simul esse sinit uitii fomenta proterui
Quid mireris enim:pictai uestis & auri
Si uideas inopem:qui possim diues haberi?
Præmia si nobis nuper dedit ampla Philippus:
Hæc si magna dedit concors Florentia nobis:
Senaq; Romulidum non parua colonia:sique
Hæc etiam uicibus repetita Bononia binis
Maxima constituit:tanti nos omnia iuxta
Fecimus atq; nihil.nec enim me Dauale nummis
Dedere sum solitus.statuo:seruilibus uti
Diuitiis semper.non me illis tradere seruum
Vtor enim:nec abutor eis.quæcunq; supersunt:
Cedo illis:studium mihi quos deuinxit honesti
At sic semper eges.uiuo tamen Aenice nulli
Addictus curæ.uiuo liberrimus unus.
At nec eget:paucis quisquis contetus amœnas
Non adamat uestes.nec Persica.fercula poscit.
Præterea nocuisse mihi quid possit egestas:
Si tē qui tanti laudem facis:utor amico?
Rex Alphunsus opes ingentis possidet:unus
Munifico doctos qui pectore suscipit omnes

Quique tuas tanto uirtutes spectat amore
Ac fouet. Alphunso si conciliare camœnas
Instituas nostras:paupertas omnis abibit.
Nam nec parua mihi uirtus censenda uidetur:
Imperitate quidem siquis bene nouerit auro
Est aurum seruile pecus nec inutile multis
Regibus & populis:siquis ratione domante
Id subigat:cogatq; suis calcaribus uti
Omne per obsequium:sapiens quod solus obire
Munus tale queat:uitæ qui cærula nouit
Sæua procellosæ quo sydere tuta secantur.
Magna igitur laus est tibi Dauale:quisquis haberis
Et bonus & diues locupletis regis & omni
Insignis uirtute uiri diuiq; Philippi
Principis hospitio tantis cum laudibus usus.
Nos & enim paruæ laus est probitatis habenda
Tam sūmis placuisse uiris:quorum omnis honestas
Et uitam & mores reddit super æthera notos.
Nec mihi non laudi detur.quod tantus amicus
Ac talis uotis accesseris Aenice nostris.
Heu mors heu miserum quanta me clade Philippi
Affecit lachrymanda ducis quo principe nulla
Fulmina me poterant ullo terrere fragore
Quid mihi paupertas fuerat metuenda:quid ulla
Pernicies pestisue premens? tutela bonorum
Anglus erat columemq; ingens portusq; salusq;.
Hunc autem Insubribus quāquam sum carus & idē
Haud iniocundus:nihil est tamen Aenice:quod me
Delectare queat priuatum principis eius
Lumine quo totum nil pulchrius esset in orbem.
Si me igitur regi quod te fecisse uel ultro
Audio:concilias:abeat mox omnis egestas.
Nec me diuitiæ capiant tamen.eminus illas
Propulsare diu didici.nostrumq; timebunt
Hospitium semper.nec nos admittimus: ægrum
Quæ faciant animum.nunquam seruire paratas

Accipiam dominas. Mecœnas Aenice noster
Si fueris: qualem te scribis sponte futurum:
Quid sit opus nobis fulgentis mole metalli
Isti habeant aurum: quorum mens artibus ullis
Non uiget egregiis: nec nouit: qualia uirtus
Regna. quod imperium sit mox afferre parata.
Reddere mortales aut huius gloria terræ
Cælestisue solet longeua luce beatos
Quis didicit Crœsum aut phrygiæ laudare tyrãnũ
Quos tot thesauris memorant stipasse penates?
Quis non Mæoniden mendicum præferat illis.
Atque alios multos: quorum mens diues egebat
Diuitiis istis: quas plebs miratur inepta?
Diuitias si quo foret is dignatus honore
Virq; deusq; simul: qui nostræ crimina culpæ
Soluit morte sua: nec terras pauper obisset:
Nec paupertatem. qui se sequerentur. amandam
Iussisset sociis quid pluribus? ima sepultum
Tartara te diues cohibent. te seruat Olympus
Lazare: pauperies quem morbo afflixit amaro.
Ergo ut te uisam regemq; uocatus adorem:
Parthenopen uir amice petam. nam regia gaza
Non iuuat Aonidas: sed mens regalis & ipse
Munificus regis uultus præstantior omni
Argento atque auro: diues quod fundat Iberus.

Hecatosticha Decima

Ad nicolaum cebam genuensem

IN Ligurum primã spectatũ uenim⁹ urbẽ
Care Ceba. Sardis multi petiere pharonq;
Et Babylona uiri: qui spectabant Athenis
Rursus Athenæos Itali Thracasque Rhodonque
Discendi studio. Persas faustosq; Sabæos
Aethiopasque alii nudos Garamantas & Indos
Viderunt. Samii si quod sibi traxerit olim
Fama senis memorare uelim: defecerit annus.
Ingentes animi rerum stimulantur amore
Magnarum nec stare loco sinit alta cupido.

Nos Asiæ claras urbes populosq; ferocis
Europæ longo permensi tramite.sola
Quæ uisenda fuit:Genuam decus æquoris ingens
Ausonii.ueterem cupientes ponere flāmam.
Venimus hac scopulo postquam speculatus ab alto
Occiduas qui frangit aquas:turrimq; superbam
Sustinet obscuris tendentem lumina nautis.
Specto:maius opus.quam mens humana putarit:
Sum uisus uidisse mihi.mirabilis urbem
Nam situs excelsam.quam quisq; triangulus hosti.
Terribilem reddit:toto facit orbe uerendam.
Nulla domus ciuilis inest regalia late
Vndique nubiferas tolluntur tecta sub auras
Nec laterem monstrat paries sed marmora miris
Insignita modis latis insculpta fenestris
Mille quibus spatium decorant æquale columne.
Aedes queq; suam referunt prægrandibus arcem
Molibus:hostilis quæ nullos horreat ictus.
At superant ciues animis & corpore culmen
Omne superbiferū nec is est Genuensis habendus:
Qui se posse neget terraq; mariq; potiri.
Fœmina si formam spectes:Venus aurea:si rem
Atq; animi robur:coram micet ipsa Minerua.
Nā quid templā deū memorē:qbus instar Olympi
Splēdet honos:nihil est nō magnū nobile.pulchrū
Vrbe Ceba dilecte tua.sed uera fateri
Si licet:atq; nihil penitus reticescere tecum:
Sunt duo:quis angor:quibus & te suspicor angi.
Primum nulla tuos seruat concordia ciuis.
Sed uarios semper tenduntq; fouentq; tumultus.
Id facit ambitio demens auriq; cupido.
Ecquid auaricia celsis indignius usquam
Magnanimisque uiris quantum ferat ipsa laboris
Ambitio:saxum quod magno pondere uoluunt
Tartara quos tanto stimulant horrenda flagello
Ad monet imp erii uerum si fulgor honosq;

Vos fortasse iuuet:quæ nam tam sera moratur
Segnicies?capite arma feri peregrina petentes
Regna.nec hostilis in uos conuertite pœnas
Troius Aeneas qua tempestate profectus
Rebus ab Iliacis Italas deuenit in oras:
Repperit:in Latio Ligures terræq; mariq;
Imperitare tuos:nec uos pudet hostibus ultro
Sæpe uel obscuris genus insuperabile magni
Alcidæ parere.uiros ad regna creatos?
Inde loco nimium quod me uir amice secundo
Offendit.paucis aures aduertetis.ædam.
Omnibus in terris mos est quæsisse recessum
Prostibulis:oculos ne lædant lustra pudicos.
Vos decus Italiæ seruas carasq; ministras
In media prostare uia plateaq; frequenti
Sole sub illustri permittitis:unde pudendi
Flagitii ratio?que nos tam dira fatigat.
Causa mali?clunes agitantis uidimus ipsi:
Ad portum qua latus agit uænalia uicus.
Hic tergo spectabat eam:surgentia cuius
Terga nates Veneri reddebant inguine gratas
Hæc pedibus superos sublatis ridet & ipsum.
Tollit curua caput:reor.ut male perdita mersum
Ac reducem spectet rabida tetigine penem.
Quæ dũ mõstra gerũt:resonatq; p ampla cachinn?
Scamna tabernarum:quæ preteriere:puellæ
Ingenuæ risere Ceba:dum mille tuentur
Nequicias hirqui.Veneris documenta proteruæ.
Barbaries quæ tanta ualet perferre nefandos
Vrbe sub Herculea mores:quos nulla priorum
Sæcula uiderunt:qua Phœbus surgit Eous
Vsque sub Antipodas:quoscunq; tuetur Iberus?
Hæc exempla domi seruatis?qualibus uxor
Cara ministrarum manibus.quæ mille Priapos
Tractauere die:potuque utatur & esca:
Nonne putas famulas dominæ narrare procaces?

Quæ gessere foris?totiens me presserat ille:
Hic totiens:quantam consurgat quisq; sub hastam
Quid natas primis iam secum teris ab annis
Iis uerbis uersare animo:nam fœmina semper
Improbiora cupit:docilesque accommodat auris
Turpibus oscœnis.nec sunt exempla parentis
Dedecorosa probri de gente petenda molossa
Istic fama recens totam uulgata per urbem
Nunciat:ut tonsor celebri de stirpe puellam
Egit in amplexus:domibusque abducta paternis
Dum mœchum sequitur multum secū abstulit auri
Nec modo serua domi narrat:quæ gesserit audax
Nuncia sed mœchi dominæ tenerisque puellis
Accedat:scelerisq; nihil corrupta negauit.
Hæc ego sim tecum modice uir amice locutus
Que grauiore tuba referens atque ore tonantis
In populum Genuæ facito:ne corpora næui.
Candida liuentes reddant deformia uisu

FRANCISCI PHILELFI SATYRARVM HECATOSTICHON.X.DECAS.

HECATOSTICHA PRIMA.

I Inq; feras siluas:īcultos desere montes:
Et nitidos hoim cœt' urbesq; frequēta
Pieris:Aoniū tecū deducito fontem.
Hūc ligu᷑:pcerē.pad'en q̄ laps' apricis
Collibus excipit:pete Pieris.un'i oēm
Hic uiget Italiam:qui mentis acumine priscos
Heroas referat miro probitatis honore.
Huius in hospicio tanta cum pace quiesces
Quanta sub Augusto dios tenuisse poetas
Traditur.augusta namque hic de stirpe profectus
Celsa Palæologon memorat cognomina regum.
Non huic uana Venus tendit sua retia uictrix:

Johannē Ad marchionē mōtisferrati

Quem nullis pungi stimulis nec turbine ferri
Sentiat a Cereris Bacchiue furoris acto.
Dum Mauortis opus claris successibus urget:
Phœbe tamen nunquam te deserit ordine certo
Tælum dextra capit citharam gestante sinistra.
Nec uinosa canens & prodigiosa priorum
Somnia.uaniloquis complet sua pectora nugis.
Sed certum sectatur iter.cunctasque requirit
Mentis opes:mortale quibus genus alta deorum
Concilia atq; choros adiens fœliciter omne
Tempus agat.magnum memorant Atlanta ferúq;.
Alciden.ardentem humeris subeuntibus axem
Cælestemq; globum stabili ceruice tulisse.
Non & enim terrena uiri ludibria curant
Ingentes animum semper super æthera tollunt
Scrutanturq; bonum:quo nil fœlicius ullum
Esse potest aliud nobis hoc mente sub alta
Præsidet:ad cuius speciem mortalibus illud
Cælitus illuxit fusum per corpora lumen:
Quo nil splendididius potuit nec pulchrius addi.
Non & enim nos membra sumus:quæ uermib'escā
Sint olim latura pigris.diuina sed intus
Pars habitat:nulli quæ sit subiecta dolori:
Si uolumus.desit qui nos male concitat:omnis
Motus in altricem molitus prælia partem.
Sit ratio:quæ fræna regat:motusq; rebellis
Comprimat imperio.rationis ductus habænis
Nusquam errare queat.sed certo calle supernam
Se ferat in patriam:dominoq; fruatur Olympi
Non igitur nequeo contemptu ducere quosdam:
Quos rerum summo positos in culmine miris
Extollat fortuna modis:uentisq; secundis
In portum tranquilla uehat:cum discere nolint
Seque simul moresque suos.sed in omnia passim
Præcipites portenta ruant:scelerumq; ministri
Nil intemptatum lin quant:quod cæca libido

Suaserit: ac præsens iubeat uæsana uoluptas.
Horum dissimilis. qui te bene noueris ipsum
Non fragiles sectaris opes. non duceris astu
Blandiciisue deæ: qua nil fallacius usquam est.
Nil te molle iuuat. grauitas delectat amica.
Doctiloquis gaudes. illis lætare uirorum
Colloquiis: quæcunque nihil uulgarius ædant
Nec sapis abiectum quicquam. sed semper in altum
Suspicis. astrigerum tecum metiris Olympum:
Quique regat celeste solum: qui dirigat orbes:
Sydereasq; faces tam clara lampade lustret.
Tecum mente sagax iterumq; iterumq; uoluptas
Non aliter parere suis terrena Ioannes
Principibus debere putas: cælestia summo
Quam studeant parere Ioui. sic omnia censens
E medio tollenda quibus quid turpe uel atrum
Implicitum uideas. te totum fingis ad illud
Immortale iubar: quod nostros fudit in artus
Particulam formamue sui: non ducit inanem
Te laus exterior uulgi dementis & aura.
Aerias hic quærit aues acrisque molossos:
Vt lepori trepido capreisq; fugacibus arma
Indicat: spolietq; suis cultoribus audax
Omne nemus. lucosque sacros. siluasque coruscas.
Nil te tale iuuat. uerum uenare latentis
Nobile naturæ: ratio quæ diuidit annum
Quid pluuiamque niuesque facit. quid tãta fatigat
Pondera mundanæ librato corpore molis:
Quid causæ damnat natos pro lege: parentes
Quam miseri fugere pati: quid criminis esse
Tantum adeo potuit: nostris ut fortiter actis
Atque pie tolli nequeat: nisi quina nolentem
Vulnera suspenso fixissent corpore Christum:
Quid: quod item nullis meritis errata parentum:
Quæ cruor abluerat diuinus tollere prorsus
Ac delere licet. sed pœnam ferre reatus.

Cogimur? anne deus tantis exæstuat iris
Hæc & plura soles disquirere maxime princeps
Et grauibus soluisse modis/non otia uulgi
Desidiosa colis.nullo tempore labore.
Semper agis quicquã.semper speculare quid altum
Non adamas nummos.sed nummis iustus amicos.
Semper alis nec te quisquam clæmentior uno
Nec melior.tutela bonis:spes unica doctis
Omnibus accedis.musarum portus & aura
Pieris hunc igitur quem tot uirtutibus unam
Florentem uideas quot uix decus omne potentum
Ausoniæ procerum norit numerare:quid hæres
Rebus adire nouis? huchuc secede parumper?
Dũ Mars cuncta premẽs furit undiq; feruidus armis
Concutiens nimii Latium terrore tumultus.
Hic tibi certa quies,& spes non parua laborum.

ℭHecatosticha secunda.

Ad guarnerum castellione

PAupertas cũ multa mihi:bona detulit uni
Tum certe i primis illud castellio summæ
Guarneri,pbitatis honos:ut dicere possem
Quantus amicorum numerus mihi:qualis & hostis
Quisq; foret numerum phœnix superarit amicum.
Ast odio quantus nos & littore maligno
Insequitur:si forte uelis numerare:labores.
Nec tamen ipse minus cupiam non diues haberi:
Dum mihi sit uirtus:reddit quæ sola beatos.
Quinetiam multum paupertas optima prodest.
Detegit insidias.assentatorq; profanus
Qui foret:& ficti simularet nomen amici:
Eruit e tenebris:ostendens:qualia falso
Pectore.cui nimium fidebas.monstra laterent
Ille satis diues.satis est memorandus ingens
Cui uirtus peperit liuorem clara bonumque
Ingenium.Leucus nobis si funera quisquam
Et nebulo.indignus:de quo sit sermo serendus:
Forte minetur iners:pigmæi temnimus iras.

Quid doctrina mihi quid tot sudata laborum
Munera.quæ terris animus:quæ pertulit undis
Profuerint:liuor si quæ molitur acerba:
Non ausim mollire mora:sim pauper egensq;.
Sponte tamen.quis enim doctis ex omnibus unus
Vrbibus in latiis probitatis munere tantas
Accumularit opes quantas dare publica nobis
Præmia debuerant:tulimus quæ semper ubiq;
Maxima:quanta alius nunquam cepisse feratur.
Hæc nos.quod nummos cōtemnimus.omnia pul
Ducentes.nullum in fœnus conuertimus ipso
Quod ratio iubeat:contenti munere piui.
Viuum etiam nobis non solis sumpsimus omne.
Hospitibus partem cedentes.rursus amicis
Præbuimus partem:nobis id linquimus unum:
Quod sat erat.uictus quantum meruisset honestus
Sed mors dira mei nimis importuna Philippi
Principis heu qualem nunquam sol uiderit usquam
Intercepit atrox uitæ fomenta beatæ:
Quæ mihi Pieridas multo discrimine tutas
Seruarent.lætos animos & pectora dulci
Pacarent requie.nunc undiq; retia tendunt
Et laqueos illi nobis:quos nominis ulla
Offendit miseros nostri uel debilis aura.
Hos autem pluris non ducimus arma minantis
Quam culicum morsus Elephantus duxerit Indus
Inuidiæ didici gladios hebetare ferendo
Per pulchrum uirtutis opus:quæ uulnera Martis
Despicit.ætherios contemnens fulminis ignes
Est se sola quidem uirtus contenta nec ullis
Rebus eget.fortuna quibus dominetur inepta:
Deliret quantum libuit sibi liuor.& enses
Distringat:fraudesque paret.non arma minæue
Nos mouisse queant.mens suspicit altius acta
Nostra.nec humani curat ludibria fastus.
Sed quoniam meus ille deum quencunq; colebam

Insubrium terras melioribus additas oris
Deseruit:secumq; tulit mea uota Marias:
Cedendum inuidiæ statui latratibus atræ:
Quo melius musis tandem natisq; mihiq;
Prospiciam:ne sæua fames nos opprimat omnis.
Non me bella iuuant. blandiri nescio plebi
Falsus adulator.periuria quæque perosus
Mentiri nunquam didici.nec testis adesse
Fraude uelim .nec furta rapax.nec fœnora noui.
Hæc faciat leucus:qui longo callidus usu
Ducitur his semper rubeat nec pallidus unquam.
Nos autem qua se fors obtulit.ibimus unum
Pectore te fidum repetentes semper amicum:
Qui neq; defueris nobis adeuntibus usquam:
Nec fauisse semel contentus in omnia miro
Te facilem tuleris quæcunque poposcimus:usu.
Sic alios quos hora mihi detexit & omni
Nudauit facie simulati casus amoris:
Mente geram memori.certo discrimine noro:
Inferior quam sit uero assentator amico:
Quam bonitas facinus superet:quā Delius umbras.
En abeo uir amice uale.proh Iupiter:ecce
Me reuocat dux ipse pius.iam præterit annus
Infœlix:postquam te nobis Angle Philippe
Sustulit heu nostro mors infestissima uoto.
Oh miseri qualis Augustas sensimus Idus
Cum nox sydereum tenebris lugentibus orbem
Iam claudens mœstis penetrat plangoribus auras
Vndiq; luctisonis reboans hululatibus æther
Te pater ultorem sceleris.bonitatis asylum.
Flebat:& heroum speciem solemque uocabat.
Ausonii proceres diuum lugete Mariam:
Qui nobis tutela fuit.portusque decusque.
Et uos quos agitat studiorum cura bonorum:
Castalidum quoscunq; alacres iuuere choreæ.
Eloquiumue potens.uitæ pudor.inclyta morum

Laurea.naturæ latitans hominisque deisque
Agnitio.quos iuris honos.quos fasque piumque
Sollicitat:lachrymis Angli decorate sepulchrum:
Cuius in hospitio tanta cum laude quiestis
Nobilitas prostata iaces.spes unica lapsis
En periit sæuo pariter lachrymabilis hosti.
Angle uale non plura fames inopina Philippe
Nos iam fleræ sinit.fidi memor esto poetæ:
Atq; faue:qui te præsens ceu numen adorat

¶ Hecatosticha tertia.

Maxim⁹ antistes quod te dulcissime borni
Inter honoratos.quos diui curia seruat
Causidicos Romana Petri:nũerarit:hẽtq;
In ptimis:quantum par est:mihi lætor:itemq;
Gratulor ipse tibi:cuius uirtutibus ultro
Respondet fortuna fauens:me talis amici
Præsidio cunctis si fretum in casibus esse
Gaudeo:nulla tuam teneat miratio mentem.
Lex in amicicia uetus est.quam Græcia.nostri:
Et gens quæque canit:semper cõmune putandum:
Quicquid amicorum fuerit quod contigit ergo
Optatumq; bonumq; tibi commune uel ipsi
Duco mihi proprium mihi nil communia tecum
Cuncta uolo.quæcunque tuis sint commoda uotis
Sic igitur postquam sentis quantam ipse capessam
Corde uoluptatem.tibi quod sunt omnia belle:
Fac fruatur æquali tecum mercede laborum.
Fare age:quid nostram nummorum uenit in arcam
More patronatus.pacto.donisq; clientum?
Ora quid auertis?ratio num forte lucelli:
Quam uideor perisse:mouet tibi debita bilem?
Non ne.etiam nummos mecum partiris amico?
Nanq; ego uel natos partiri cogito tecum.
Septem & enim mihi sunt pueri duo quinq; puellæ
Has cape quinq; tibi pueros modo linquito nobis
An fortasse pudet:quod multum prodigus aurum

Ad Bornium Causidicum

Fuderis in cœnas: multos quibus hospes amicos
Excipis? anne nihil superest: commune quod esse
Nobis sorte queat? nil nos contemnimus. ipsum
Sit totum commune nihil. sed dicito: quantum
Nunc te musa iuuat. quam te delectat Apollo.
Nolim equidem Borni nummis auroq; doloso
Vsqueadeo studeas: ut quod facit ipsa cupido:
Oblitus uideare tui: nam maxima uirtus:
Ingentesq; simul nunquam potuere coire
Diuitiæ: quæ si crescant: decrescit & illa.
Sin uirtus crescit: decrescit copia nummum.
Est animi bonitas. quæ nos facit una supernis
Diuitiis studiosa frui. nam corporis aurum
Est ueluti seruile pecus. ferat ergo regentis
Sic animi imperium corpus: sic pareat illi:
Vt fræno generosus equus parere sueuit:
Suntque duæ partes animi: quarum altera rectæ
Continet hospitium rationis: at altera prauæ:
Hanc tempestates si turbauere furentes:
Quæ non monstra ruunt? qbus undiq; mergitur alti
Naufragiis pelagi? qui non patet horror ubiq;?
At pars illa sua penitus contenta quiete
Pace simul fruitur: simul & componere fluctus
Alterius nouit certo moderamine partis.
Ast ea se geminas. postquam diuisit in arces:
Sursum seruat opes: quas intellectus in altam
Se rapiens patriam speculatur: & ordine nouit.
Arx autem inferior rationi tradita. monstrat:
In rebus quid agat mortalis opinio nostris.
Scire igitur primum est: non quo mortalia cæcis
Ductus imaginibus falso speculeris elencho:
Sed quo uera mouens sic contempleris Olympum:
Vt nihil esse scias incommutabile uerum:
Preter eum. quisquis creat & regit omnia Christum.
Ergo animi si noris opes: sectaris: amesque:
Te nunquam fortuna queat per inania ferre

Vota:nec ancipiti laudat temeraria casu.
Aeger eris nunquam.nullo turbaberis æstu.
Sic uitam tranquillus ages:ut ditior omni
Diuite.mortales possis contemnere gazas.
Quas igitur uires dicendi nobilis usus
Ingeniumq; dedit docto tibi:protinus omnis
Exige:nil patiens uano torpere sopore:
Causidicus succurre bonis:pressosq; tuere.
Hoc tibi mercedi fuerit satis.omnibus esse
Præsidio:si forte aliquos iniuria tristis.
Insequitur latura nefas.nam curia quosdam
Impuros Romana fouet:quos ardor habendi
Præcipites agitet uersetq; per omne profanus
Flagitium nullas linquentes criminis ansas.
Horum autem occurrens fraudi si uota disertus
Sordida deludes:non paruum munus obibis
Iusticiæ:laudes quæ morum continet omnis.
Hinc etiam permulta frequens tibi deferat usus:
Quis callere queas:quæ sint fugienda:quibusue
Indulgere operam conducat:& actio qualis:
Prudenti sit digna uiro.uerum inter agendum
Semper nostra bonum meditentur pectora summum:
Quo referas:quicquid mens dicit:agitue:facitue.
Non & enim stimulis puto te iam pungier illis:
Quis tua figebat præcordia iunior annis
Aliger in teneris.alios nam postulat ætas
Hæc mores:grauitas quales non ficta requirit.
Attamen oro:caue:ne quæ per magna coronat
Turba puellaris cœtum:quencunq; frequentas
Irrætire tuos pergat uel flectere gressus.
Qui laute cænat postquam potuq; ciboque
Concaluit:mores interdum oblitus & annos
In Venerem sensim delabitur unus Vlysses
Pocula Circæo cauit suffusa ueneno.
Cypris enim nullos præbet ieiuna labores.
Sed penitus friget.si cænis desinis uti:

Cutia quas tanto celebrat Romona parat ut
Prospicies musis melius nobilisq; tibique.

¶ Hecatosticha quarta.

Ad nicolaum quintum pontificem

Religionis apex. tutela. decusq; supremum
Sedis apostolicæ. Romani gloria templi.
Quē pater oipotēs hoiumq; deū q; redēptor
Rebus in humanis gestare locumque uicemq;
Iusque sui uoluit: quo per te regia cæli
Mortali generi pietatis calle pateret:
Nicoleos quas quinte tuo munere grates
Dignas ferre queam: mihi qui tam magna petenti
Cesseris? en digamos penitus tibi pectore soli
Deditus orat opem: quam tu uenerabile numen
In terris conferre ualens exempla priorum.
Nunquam quippe fores ausus conferre secutus.
Sed rationis opus potius quam exempla seueri
Cœtus dura sequens dum malis gratus haberi
Vnus apud Christum: qui se discrimine nullo
Omnibus addiderat: quos se pietate colentis
Nosset: ad obsequium quam uulgi cuncta tueri:
Te mihi munificum diuino munere præstas.
Te nobis auctore patent: quoscunq; uetabat
Mos: aditus ad cuncta sacri mysteria templi.
Donum certe ingens: me quo nec dignor honore:
Quippe modum in nobis qui pro ratione proba ti
Iudicii statuam. sed tu. cui summa potestas
Imperiumq; datur: de cœno feceris aurum.
Ipse etiam genitor rerum. moderator Olympi.
Dum peteret terras: non alta pallatia Romæ.
Non genus Augusti coluit. non Cæsaris aulam.
Ast adiit seruile genus., patriamq; repostam
Fabrilemq; domum. stabuli in cunabula sumens.
Non & enim uirtus aut corpore celsa superbit.
Fortunæue hilari facie fastuque triumphat.
Hæc animi sedem legit sibi: cælitus auctor
Humanos quencunq; deus diffudit in artus.

Quanquam nulla meum tollit uis inclyta pectus:
Non morum:non quæ rebus uersatur in illis:
Quas uariant casus:momentaq; millia mutant:
Næc quæcunque chaos certa ratione recisum
Inspicit:& speciem:quam cæli munere dignam
Entelechia refert:non que quod in omnibus esse
Et primum perhibent:& quod dedit omnibus esse:
Contemplans penetrat primæ sub pectora lucis
Est mihi firma tamen:quam nec uis ulla coegit
Exterior.non fraus amens.erroue fefellit:
Sed quæ sponte sua cupiat super alta uoluntas
Sydera terrenas sordis & inania linquens
Vota.gradu tolli duplici:quencunque parauit
Et quod ducit agens & quod perducit ad illud
Lumen iter:summum quod contemplantibus olim
Proponitq; docetq; bonum:mõstratq; fruendum.
Multum igitur de me fateor te quinte mereri
Nicoleos:regem referens qui sede supernum
Rector apostolica.miti suspexeris ore:
Dissimilis quencunque tui similisq; suorum
Durus & immitis mentesq; animique benigni
Despexisset inops.sed tu cælestia curans
Contemnis terrena pater.nam numine nosti
In temet quodcunq; uehis:non parua daturum
Venturis nec uana uiris exempla Philelsum
Ad ueræ pietatis opus fideique tropheum.
At postquam sanctæ statuis me maxime præsul
Scribere militiæ:scribas precor ordine certo.
Nam quod grande potest obiisse gregarius ullum
Miles opus:qui dicta modo imperiumq; capessat?
Quin parere diu didici.nec prælia tiro
Aggredior.meditata quidem sunt omnia dudum
Vel sub pace mihi.callentem reddidit usus
Et doctrina uigens:peperit quam lectio sacris
Inuigilata libris:dederat quos sermo latinus
Linguaq; Graiugenũ.& grauiũ præcepta uirorum.

Non modo sunt equitum tanto sub rege magistri
Legatiue patres.sunt cum prætore tribuni.
Sunt & quæstores:sunt & qui signa tuentur:
Qui præsunt alis:cuneos qui in prælia ducunt:
Atque alii:quorum labor est per singula nomen
Munera complecti:nihil est:quod deprecer unum.
Quicquid teq; pater dignum dignumque fideli
Censueris seruo:qui te ceu numen adorat.
Haud me castra rudem penitus tua pacis & ensis
Accipient diuine pater:nam plurima noui
Ore dei:soluit mihi quod sacra lectio præsens
Et me sæpe tulit secum non pauca loquentem:
Quæque piis animus precibus feruentius orat.
Hac etiam pestes animi sedauimus arte.
Corporeos & enim stimulos & uulnera carnis
Non castis domuere modo ieiunia curis:
Quinetiam per se penitus iam sustulit ætas:
Canicies quam multa graui premit undiq; uallo.
Et siquid fuerit:quod me latuisse putetur
Militia in tanta docilis mens illicet omne
Id capiet precibusq; deus uotisque fauebit.
Præterea nulli liceat te iudice coram
Errauisse uiro:qui terræ præferat astra.
Non me quæstus agit:quo grandi perfruor omnis
Inter honoratos:quoscunq; hæc protulit ætas:
Seu sint eloquio clari gratiue camœnis:
Siue in socratica laudem mereantur harena.
Quare age summe pater me non indigna precantem
Suscipe:tende manus.Scyllæo ingurgite nantem
Eripe:naufragium ne det furibunda Charybdis.
Nanque procellosis tonat undiq; fluctibus æther.

¶Hecatosticha quinta.

QVē Theodora mihi Xēophō dulcissīa cōiūx
Care tulit:monitis aures aduerte probatis.
Et docili præcepta animo demitte parentis
Nate tui:quæ si penitus cum mente capessas:

ad [illegible] philelfum filium suum

Te magnumq; grauemq; uirum præstabis in omne
Posteritas quod sera dabit:uenturus in æuum.
Iam puerum linquis mœtas ingressus ephœbi.
Iam tibi Marte tuo uiuendi sumis habænas
Liberior facturus iter:quodcunque uoluntas
Siue cupido paret.sed si me recta monentem
Audieris:curæ cunctis in rebus & oti
Vtaris ratione duce:& quæ docta deorsum
Quæque gradu melior sursum tibi prouida callem
Ostendat/uitæ primum proponere calcem
Hunc quandam contende tibi:quo tendere possis
Certus iter.nullis erroribus actus in atræ
Confraga conuallis:quâque undiq; & undiq; diræ
Obsedere feræ:frænum quæcunque recusent
Ferre ducis.tumidi qui nauigat æquoris æstus:
Quem petat:assidua portum cum mente uolutet.
Suspiciens qua parte polus sublimior astrum
Extulit Arctoum:quod fixum immobile nunquam
Occidit:& nautas omni discrimine tutos
Reddit calle regens:solo quo sæua Carybdis
Scyllaq; uitatur:nam cætera sydera cursus
Dum mutant:uariantq; uices:& fluctibus imis
Littoris Hesperii merguntur:fallere norunt:
Naufragiumq; parant:præsentis cærula uitæ
Qui tranant spumante salo:meminisse decebit:
Quo sibi tranquillam portu peperisse quietem
Aeterna cum pace queant/promittere nunquam
Hunc fallax fortuna ualet:quæ cæca rigentis
In scopulos egisse solet:quos impia blandis
Pollicitis seruile iugum subiisse coegit.
Hunc neque corporeo possis apprændere ductu:
Sollicitas nam corpus habens patiensq; procellas
Fluctibus assiduis & turbine uertitur atro.
Intus habes in te:cuius si ducere ductu:
In portum securus eas:quo tendere tuto
Nemo ualet:fecit nisi quęq; peritior usus

Callentem doctumq; sui sub rebus agendis:
Aut quemcunq; sibi penitus mens purior arces
Tollit in astrigeras ad principis ora superni
Nam quod membra regit: mẽbris qua infũdit imis:
Parce minus uiguisse ualet: multumq; sereni
Luminis amittens certum spectare Booten
Horrenti sub nocte nequit: dum nube praementis
Carceris urgetur: quo fit: fœlicibus uti
Euentis ut nemo queat: qui mixtus utroq;
Principio mortale poli cum fæmine fæmen
Composita sub fruge refert: facit illa beatos
Pars: si quos tandem uita dixisse beatos
Hac liceat: summum quæcunq; profundior acri
Intutu speculata Iouem nocteque diesque
Archetypi seruare sui studet æmula formam.
Sic igitur fili Xenophon pars maxima nostri
Nominis: ætatis quæ iam per dena grauescit
Lustra mihi: longeua quies dulcisq; uoluptas
Cura hominem: fœlix quo uel præsentibus, au ris
Dictus: iure queas melioribus usus habænis
Perque celer spatium currens cæleste beatus
Dicier: atque uiro duci fœlicior omni
Iam tibi quarta tui fluit omnis Olympias ortus.
Cras toga mi fili fuerit sumenda uirilis:
Virgilium quo forte die prætexta reliquit.
Illius auspiciis uenerandas nate Camœnas
Hospitio dignare tuo: quæ sponte sequuntur:
Teque suis cupide gaudent iunxisse choræis.
Ne tibi defueris. tibi nam nec cura parentis
Defuit. ingenium dedit en natura superbum.
Nescit membra labor: caueas modo sãguinis ardor
Præcipitem ne forte trahat: stadiiq; relicta
Calce petas transuersa ruens. superare parentem
Perge bono: ne te quisquam liuore uel astu
Degenerem carpat. non est æquare parentem
Laude satis: multum meritis præstare decebit:

Quo fugisse queas tetræ conuitia linguæ?
Nic homachum nemo laudat: quem maximus ille
Seuit Aristoteles. scortum post fata nepotem
Liquerat abiectum mellito Hortensius ore.
Vendicat ebrietas Cicero sibi Marce: superstes
Qui nomen super astra tuum tam grandibus usus
Auspiciis afferre patris data signa secutus
Debuerat. tanta cupio te nate futuris
Ostendas probitate uirum: dicaris ut unus
Præluxisse tuis sic omnibus: igneus axe
Phœbus ut ætherio micat inter sydera solus.
Fundamenta tibi pulchros ad firma labores
Iacta uides: quæcunque pii præstare parentis
Cura fuit. fontes Græci fontesq; Latini
Pandimus eloquii. moresq; docere probatos
Socratici quoscunq; lares. quoscunq; seuerum
Seruarat Latium: nulla cessauimus arte.
Hæc & plura quidem. quibus es munitus ad omne
Laudis opus: si rite colis: si rite tueris:
Accedes Italis nequaquam ignobile Musis
Nomen. & innumeros fama uicturus in annos
Temnere fortunam poteris quamcunq; rebellem.
Hæc & enim corpusque perit uiret inclyta uirtus
Quottidie magis atq; magis. mens fata repellit.

¶Hecatosticha sexta.

INsubrium proceres: quorũ respublica ductu
Auspiciisq; potens geritur: succurrite uotis
Atq; animo patriæ. rapidis quæ pcita uẽtis
Fluctuat: ac tumidum nimbis consurgit in æstum.
Tristior inuidit rebus fortuna secundis:
Quas uestræ peperere manus: quas maxima uirtus
Extulit æternæ millena in sæcula laudis:
Hinc uarios exciere dolis & fraude tumultus
Sæua parat: terrasq; quatit pontumque reuellit.
Omnia turbantur: nullis constantia rebus.
Quæ ratio faciunda iubet: furibunda libido

Impedit.& late flagrans bacchatur Erinys.
Quæ uos pestis habet ciues? quæ tanta fatigat
Pernicies animos? in uos quæ dira Megæra
Vos agitat? reuocate gradus: tristemque furorem
Sternite quo mentes accensæ funditus ardent.
Ambitio semper celsas radicitus urbis
Excidisse solet: quæ dum malesana superbit:
Nullum ferre uolens. liuoris perfurit igne.
Mille modis molita nefas tristemque ruinam.
Hac Carthago ruit. claras hæc uertit Athenas.
Hæc Scyllas Mariosque facit. tris improba regno
Hæc eadem statuens. discordi mente superbam
Terrarum dominam submittere colla coegit
Tandem sæua iugo. nam quantis pectus auarum
Ingentis etiam prosternat cladibus urbes:
Hinc Lacedæmonii. quos tot per sæcla Lycurgus
Innocuos auri paupertatemq; colentes
Seruarat: monuisse queant. hinc altera tanto
Roma micans fulgore docet. dum semper anhælat
Mens hominum: nullumq; modū sibi ponit habēdi
Dum plus posse cupit: nulloque quiescit honore:
Nec socium patitur. ius & fas omne profana
Confundit: durique nihil sceleris ue relinquit.
At uos o proceres geritis qui nauis habænas
Huius in horrisonis agitate fluctibus: omne
Intenti prohibete nefas. curate diurna
Nocturnaque opera: nequid respublica damni
Accipiat: ciuis concordi pace ligata:
Atque odii causas tollentes protinus omnis
Consulite in medium: quæ sint rectissima facto
Obliti priuata patres memoresque parentis:
Quam tot bella premunt: quæ tanto fluctuat æstu.
Nil est tam paruū: quod non concordia summum
In cumulum ciuilis agat. discordia magnas
Res etiam uæsana premit: mergitque profundo.
Nemo suas curarit opes: cui publica mentem

Commoda non tangunt. non sunt priuata saluti:
Qui commune bonum neglexerit ille nefandus
Ciuis & immanis: qui non succurrerit urbi
Non auro studiisq; modo. sed sanguinis haustu
Fundendaq; anima. Decios quid iecit in enses?
Magnanimum quid in arma tulit minitantia Brutũ
Quo libertatem tanto sudore paratam
Seruaret uel morte sua? quæ causa ferocem
Hostibus obiecit certo discrimine Codrum?
Quid te ponte Cocles solum inter fulmina Martis
Pugnantem tenuit? non ignis terruit ullis:
Qui petiisse tuum uoluisset Porsena pectus.
Ingentes animi nullo discrimine uitæ
Ac lœti fecere uices. probitate sub una
Viuendum statuere sibi uel mortis asylo
Vitandum: quicquid fortuna indigna tulisset.
Non hic uita uiris. sed quæ celebratur in alto
Aethere: quam pariat pulchro pro munere uirtus.
Illustris amplasq; patres. quas nulla silebunt
Sæcula: per meritum probitatis munus adepti
Et res & laudem. torpentis sumite uires
Sopitasque animi flammas accendite magni.
Et uestri meminisse iuuet. decus ille Philippus
Nominis Italici sæclum memorandus in omne
Dum mirum molitur opus: dum suscitat ultor
Vndique certus opes uiresque ferocibus ausis
Hostis in exitium: sors inuida sustulit omnes
Conatus celeris per tristia uulnera fati.
Nec uos in tanta rerum formidine terror
Exanimat: quos corde iugum mox omne perosos
Libertatis amor sibi postquam uendicat omnes:
Vltrices animis & iustas tenditis iras.
Illinc Francorum cunei tumidæque cateruæ
Terga dedere fuga miseranda clade subactæ.
Inde Placentini pœnas soluere rebelles.
Et Venetum classis terræ cæloque tremenda

Eridanum ratibus strauit flagrantibus omnem.
Hinc Carauaginos cingentes milite muros
Tantum animo robur tam grandis corpore uires
Eximium per laudis opus monstrastis:ut omnis
Senserit & tellus.& gens uel ad usq; supremos
Gangaridas:quantis fudistis stragibus hostem.
Iam Benacus atrox uobis cedebat & horrens
Hadria ferre iugum pressa ceruice parabat.
Nos igitur qui terror iners intercipit? unde
Causa metus? magnos nobis Astræa fauores
Promittit non uana suos.deus ipse supernam
Spondet opem.proceres uigili curate labore:
Nequid auariciæ cæcus præsentibus obsit
Rebus amor:nequid noceat discordia demens:
Ne libertatem libertas ficta dolosis
Subripiat titulis:& quicquid gessimus amplum
Ac pulchrum:tandem torpens ignauia tollat.

¶Hecatosticha septima.

IMperitat late Latiumq; superuolat omne
Charole rusticitas crucibus deuota pudẽdis
En qui glande sues pauit:qui uertit aratro
Iugera:qui manibus duro pressante ligone
Calluit:& tergum dumis honeratus & alga
Iam lapso Titane casam repetiuit olentem:
Signa gerit nulli ueterum cedentia fastu.
E latrone ducem scelus hic per grande creatum
Se gaudet:prædamq; probis cædemq; minatur.
Lictore thoraca ferunt galeamq; comantem.
Et qui leno fuit:generosis splendida signis
Arma uehit sublimis equo:uultuq; superbit.
Nobilitas omnis cedit Gonzaga nefandis
Furibus.abiectæ concedunt libera plebi
Nomina.ciuilis succumbit gloria ruri.
Rusticus Arpinas num cessit laude Metello?
Vera refers.probitas.quæ sortem nobilis omnem
Admittit:Marium titulis æquauit Olympo.

Sed tu quis audes numerari laudibus altos
Inter aselle uiros:qui semper fraude pararis
Rem nomenq; tibi:cuius discrimine nullo
Fasq; subit.dirumque nefas færale tribunal?
Omne decus uænale tibi tu iusq; fidemque
Non pluris facias:quam podex templa forumue.
Dum tibi fœlicis finem preponere uitæ.
In quæstum penemq; paras:uno ordine leges
Humani generis.quas uel natura uel usus
Per rectum rationis iter studiumq; tulisset:
Despicis:& passim plaudit tibi tetra libido.
Nanque dei quæ cura tibi?quem si esse putares
Impie:non tantis turbares fœdera monstris
Periurus:dum triste tuis censore tremendo
Supplicium nosses per sæcula cuncta patere
Criminibus.nulla fugiendum fraude nec astu
Seruabant ueteres cum relligione uerenda
Militiæ studium.Veneremq; gulamque fugabant.
Sic Cyrus magnas res gesserat ille superbus
Sicq; Numantinos tam multa strage feroces
Scipio perdomuit.sic Cæsaris arma Britanni
Et Galli sensere truces.nos omnia turpi
Fundimus obsequio.libuit quodcunq; proteruo:
Id licet.& nulli dux est nec signa pudori.
Posthumius tantis defunctum laudibus Aulum
Per tenebras luctus priuauit luce paterni
Manlius horrendum sensit per colla securim
Iudicio iussuque patris.quid liquerat ille
Aut hic?imperii demens audacia sceptrum
Dum spernit:titulis etiam defuncta secundis
Dat pœnas.quid enim leges quid iura feruntur?
Laudis amor nimius uita spoliauit & armis
Te Patrocle datis:idem Pallanta peremit.
Consilium euentis præstat.ratioq; furori.
Rebus enim in cunctis cum sit seruandus & ordo
Et modus.in primis tum Martis in agmine sæui

At quis laudis amor nostros quæ pulchra latrones
Ambitio tangit:quos tantum quæstus auarus:
Luxuries quos fœda iuuat:stimulatq; trahitq;?
Non ea luxuries:Venetis qua Cimber in agris
Occidit:& Pœnus campana languit urbe.
Non idem quæstus:Crassi qui infuderat auro
Os auidi:Tomyris quo nuper iusq; piumque
Massagetes uertit.totum populatus Eoum
Arctoasq; plagas:tam flagrans ardor habendi est.
Hos fomenta gulæ postquam traxere per omne
Flagitium.nulli sexu nec legibus ullis
Parcentis.scelerum sentinas:illicet urit
Ignis atrox nummum:Venerem uulcanus auarus
Mox subit:ac diras molitur:& excitat artes.
Quæ furum tormenta greges intacta nefandi
Liquerunt? pœnis quibus abstinuere profani?
Non satis est torsisse uiros cum coniuge casta
Omne per extremi lœti genus:ipsa recludunt
Viscera natorum.gladiis rimantibus æsta:
Nequid in occultis lateat secessibus auri.
Insuper eruitur fœdis deforme cadauer
Vermibus:octauo quod mensis texerat orbe:
Scrutantes quo quæque manu fixisque tuentes
Luminibus temptent:siquid latet ossibus udis.
Barbara rusticitas quæ uos portenta crearunt
Ignaui nullis digni sermonibus:& quos
Turpe sit aspectu dignarier? omnibus æque
Sordida rusticitas stomachum mouet omnia uotis
Illicitis amplexa suis:quæ celsa merentur
Per pulchrum uirtutis opus iustosq; labores
Nomina luctisonum nunquam admitentia fatum.
Hic quem gleba grauis lassum persæpe dedisset.
Vestibus insignis tiriis gemmisq; coruscans
Incedit ceruice ferox uultuque superbus.
Voce salutantes trullis contra ipse salutans.
Qui mercede boues Cereris pauisset in usum:

Castra tenet:martemq; ciet.qui proxima sutris
Tecta lacessebat:celsas nunc possidet arces.
Regnat ubique latro.prædonis nomen in astra
Tollitur.exultat titulis ignobile uulgus.
At tu qui meritis & sanguine karole prisco
Te dignum præstas:premeris.plebisq; fauore
Exutus:cunctis accedis fabula mensis.
Sed quid iudicium uir fortis curet inertis
Plebis:in excelsa sua qui sibi quæque locauit
Sede animi.uulgi contemnens nomen & auras?

Hecatosticha octaua.

LIbertas en tota perit.discrimine nullo
Dũ geritur cũctis respublica:ferre supremos
Cuique magistratus dum laxa licentia nullo
Iure sinit:leges omnes.æquumq; bonumque
Temnitur:immanis late furor omnia uexat.
Quid mihi tu rabulas rerum præponere summæ
Aut decoctores scribasq; osasque tabernæ
Et spurios audes:qui nec doctore nec usu
Edidicere:pium quid sit.quæ forma decori?
An nescis hunc esse mali stultique furorem:
Oderit ut semper uirtutes? oderit omnem
Vimque decusq; animi? luces odere tenebræ.
Ille domo fundoque patris depellitur hæres.
Alter opem redimit nummis:quem nulla reatus
Causa facit sontem.miseros sed auita relegat
Arca grauis.fictis proscribitur ipse tabellis
Vir bonus:assensum qnoniam tam turpiter actis
Noluerit præstare suum.cæduntur ubiq;
Innocui nullo maiorum more.nec ullo
Exemplo:quodcunq; daret uel barbara tellus.
Vix captus.tortus.mox inconfessus & insons
Nocte intempesta.nullo præcone.nec ulla
Voce tubæ.nulloque foro.nec iudice clausis
Truncantur stabulis media inter stercora quisq;.
Aspicite o ciues:urbis decus illa senatus

Lumina florentis patriæq fulgentia celsæ
Sydera quam fœdis palustris portantur in ipsum
Burletum tenebras oculis latura pudicis.
Surgite iam ciues.abiit nox impia.non est
Hic noctis uultus:sed quem sibi tristis Apollo
Induit auertens uisis tam immanibus ausis.
En patres abiecta iacent ueneranda uirorum
Corpora nobilium:quam fœdo uulnere ceruix
Scissa caput truncumque sua pro sorte requirit.
Nam deforme nefas nullo discrimine signat
Cui nam quodq caput trunco reddatur in omni
Sorde uoluptatum:tantus furor effera uersat.
Pectora latronum:qui se fecere tyrannos.
Istane libertas:quam falso nomine ciues
Iactatis:peperit tam prodigiosa ruentis
Monstra urbis?quid enim nō tandem fortiter oēs.
Ingenti probitate uiri consurgitis una
Mente animoque simul:tandem consurgite ciues.
Qui uos terror habet?qui pectus concitat horror?
Quis populo in tanto se dignum præstet:ut unus
Iure pater dici patriæ mereatur in ipsa
Morte etiam exultans patriam soluisse cathænis?
Iupiter intonuit læuus.rursusq secundo
Fulgure de nostra fœlix en parte refulsit:
Vercellina suum penitus consurgit in agmen
Porta frequens.Illinc toruus minitatur Orion
Et Bellona furit fauet hinc sed karolus armis
Ingenioque ualens.iam Vercellina iuuentus
Acrior arma ciet.sequitur Noua porta probatis
Fortis & ipsa uiris cui mox Ticinensica pubes
Sese addit sociam.nec se minus excitat ardens
Gens:orientali quæ nomen ducit ab orbe:
Cui seruis Romana moræ?Comensis & ipsa
Quid iam porta tuas uires non instruis armis?
Iam bene res cœptis respondet.totus in unum
Ecce.co it populus.cadit en audacia fractis

Furibus.exutum tanto fœtore tribunal
Accipit en proceres:qui non priuata.sed omni
Publica sint studio gesturi munera semper
Hi sunt.qui certa patrias in sede reponent
Reliquias:quascunq; trium liquere ferarum
Insanæ rabidæq; uices.dentesq; cruenti
Nunc libertatis quæ te pater optime terris
Sublato ad superos dux o deflande Philippe
Cœperat extingui:& quæ nuper mersa procellis
Naufraga disperiit:spes en non parua resurgit.
Nam tales tantiq; uiri.quos ordine ab omni
Delegit populus:nunquam patientur eisdem
Fluctibus inuolui res nostras:tuta labanti
Fundamenta dabunt subiectis molibus urbis.
Hoc agite o proceres:postquam cepistis habænas
Huius.in Euxino quæ nauis mersa iacebat:
Consulite in medium.moueat uos una salutis
Cura deusq; simul patriæ:quæ lassa quietem
Exposcit.satis est tantum sparsisse cruorem
Tam magnas fudisse animas:quibus omne futurū
Tempus agat lachrymas a Gadibus usq; sub indum
Vera fatebor enim cum tam sæuissima passim
Vulnera cernebam cum funera digna negari
Ciuibus indigna mactatis cæde uiderem:
Horrueram:mecumque fugam iam mēte parabam
Nam cum fata bonis cunctis instare suprema
Aspicerem:quæ spes nobis erat ulla salutis?
Nunc autem postquā deus optimus optima nostris
Lumina suppliciis supero dixerit ab axe.
En maneo.quæ sint uisurus uestra futuræ
Fundamenta urbis:que nunquam libera dici
Iure queat:multis si seruiat una tyrannis.
Liber erit:quicunq; uolet ratione magistra
Quod queat:& rectum finemque sequatur honesti
Quod siquis fortasse petat sibi cuncta subesse
Et libertatem proprio definiat usu:

Nobis iste tyrannus erit:patriæque rebellis
Proditor.humanæ legis turbator & æqui:
Nam deus ipse docet:qui sit status optimus urbis

¶Hecatosticha Nona

QVi Chremam solus tanto discrimine belli
Viribus a Venetũ tã lõgo tẽpore Gaspar
Aut ope cõsilii seruasti aut fortibus armis
Heu quid non properas miseris afferre salutem
Ciuibus:immanis rabies quos effera uulgi
Affligit magis atque magis? respublica prorsus
Corruit.en cecidere probi fugere potentes
Ignauo torpore citi plebs sola furorem
Seruat dira suum:spolians homines que deosque.
Eminus a Venetis pretio spem.profuit autem
Id nihil omnino furit.irruit.ardet Erinys
Sordida plebeii quam conciuere tumultus.
Insontes pereunt.stuprantur mille puellæ.
Infertur uis fœda thoris.Astræa fugatur
Vndique.ius pariter cum lege pioque recessit.
Quas superesse modo priscæ probitatis & alti
Reliquias animi meministi:sustulit amens
Seditio.quos quintiles uidere kalendæ
Fausta sorte legi:proprio dum quisque gubernant
More magistratum. sextilis luce suprema
Culmine de summo ciuili cæde premuntur:
Sic iterum inualuit:quæ iam prostrata iacebat
Plebs inimica bonis.& monstro ditior omni
Miscet cuncta furens.terræque poloque minatur:
Arte famem inuexere nouam.frumenta rapaces
Magna fraude tegunt:quæ implerunt horrea furtis
Ac præda:multo seruant custode latrones.
Non lachrymis pretioue ullo morientibus esca
Aut mercede datur:canibus uescuntur alanis
Muribus.& quicquid parit ullis sordibus esum.
Nec sedare famem miseri per talia possunt
Que dictu stomachum moueant:& uisa retrorsum.

Ipsa etiam digesta trahunt. ieiunia postquam
Totque simul totidemq; dies extrema tulerunt
Turmatim populus passim cadit: impetus illum
Qua tulit. atq; cibi rabies: quem flagrat edendi.
Spectat atrox nullis precibus placata tyrannis
Supplicis atque probi, gestitque in funere tanto.
Omnium miseri: quorum ceruicibus ima
Insidet atq; iugum plebs intolerabile figit:
Durius ipse reor nullum nec acerbius esse
Seruitium: quam quod seruit seruire paratis:
Quid facis o patriæ spes & tutela ruentis
Gaspar: ab Insubribus patrium qui solus honorem
Eiectum reuocare uales: tetrosque tyrannos
Tollere ciuili perfusos sanguine rictus?
Postquam fata regi nostris inimica furentem
Auspiciis populum prohibent. & numina cæli
Indignata negant: postquam discordia ciues
Tanta premit: facinusque rapit uæsania mentes
Omne per rabiem: probro nec parcitur ulli:
Eia age ne penitus mergatur naufraga pinus
Accersamus opem. sit qui moderamine clauum
Vrbis agat: qui nos ciuili in pace gubernet
Alphunsus nimia nobis afferre salutem.
Quam statuit præstare mora: cunctatur. ob ipsam
Stulticiam fortasse: premi qua senserit urbem.
Instabilisq; hominum mentes cæcosq; tumultus
Ecce Briantinos Venetorum maxima colles
Castra tenent: uires nec in æquum mittere camp̄u
Audent auxilio nobis. at cætera quæque
Hostis habet: nobis hostem quem fecimus ipsi.
Romulus horribilem susceptum mœnibus hostem
In partemq; locat regni: sociumq; tuetur.
E medio postqam mors sustulit atra Quirinum:
Atq; inter regnum populo graue cæperat esse.
Nullus ab hadriacis accersitur aut ab Iberis
Gentibus: ingentis qui Romæ sceptra teneret:

Sed qui finitimis curibus Numma comminus esset
Ingenio miti pacisq; & iuris amator.
Per uirtutis opus tellus.mare.sydera cedunt
Humano generi.Franciscus Sphortia quantum
Et probitate ualet:superisque fouetur ab ipsis:
Res claræ magnæq; docent quas laudibus altis
Gessit in hostilis acies:quascunque per omnes
Aduersas habuit populos terraue mariue
Huius item facilis mores pectusq; benignum
Ipse quidem nosti:qui tam multumque diuque
Eius es ingenio belli pacisq; sub omni
Fortuna socius uariis in casibus usus.
Nam memini.quantis hunc unum sæpe soleres
Laudibus in cælum.uirtutes ferre per omnis.
Consiliis huius si res ductuq; regenda
Publica tradatur:quæ uulgo seruit atroci:
O quantum insubrium nomenq; decusq; per orbẽ
Laudibus & meritis late sua lumina fundet:
Adde.quod in causis multũ ualet omnibus:æquũ
Id iubet & pietas.Mariam si sphortia blancam
Connubio iunctam Franciscus possidet:hancq;
Constituit genitor:sibi quæ succederet hæres
Quid fidei fraudemus opus:quancunque philippus
Ille dedit princeps nulli bonitate secundus?
Quinetiam cogit uis & fortuna deusq;
Mercatum tenet ille tuum cognomine uicum
Non muro.nullo cunctum munimine fossæ:
Quenque uiri bello sueti uix mille sequuntur.
Et terrore tamen Venetas nostrasq; cateruas
Opprimit usqueadeo:nequeant ut castra mouere
Hunc igitur nostris Gaspar præponere rebus
Perge:fame miseram soluens & cædibus urbem.

¶Hecatosticha Decima.

H Aec Alphonse tuo surgens cẽtesima tãdẽ
Noĩe claudat op⁹ satyris hecatostrica cẽtũ
Per decadas quodcuq; decem longo ordine ductũ

Rebus ab armigenum: uariis euentibus alta
Vrbe sub Insubrium. qui te pietate uerentur:
Consedit. maiora quidem tua regia uirtus
Dona petat. quæ si qua mihi maiora fuissent:
Non equidem inuitus tantis tibi laudibus uni
Insigni. quantas nulli meruere: tulissem.
Sed quæ magna dies tulerat mihi: sumito. forsan
His maiora diem prope post sumpturus: habænas
Ni retrahant Parcæ; uitæ quæ fila recidunt.
Nam si firma mihi quibus en radicibus hæreat:
Vita superfuerit: satyris rex optime nullis
Ludere me uideas. sed quæ dignissima celso
Carmine gessisti: musis dictantibus ædam.
Egimus his tecum: quæ uel fortuna diesue
Obtulit. oscœnum siquid fortasse legendum
Inter. & effusum plus æquo occurrerit: illis
In uitio dederis: quorum turpissima uerbo
Vita suo reddenda fuit: cynicaque seueri
Libertate soni sæclum damnanda per omne.
Non fuimus blandi. nunquam assentatio nobis
Grata fuit. fraus est occludere pectore uerum.
Quod non turpe mali factu duxere: nec ipse
Oscœnum indignumue meo sermone putaui.
O utinam quandoque mihi tua promere facta
Contingat resonante lyra: qua primus Apollo
Vsus Atlantiadæ donatus munere fertur:
Nam quanq̃ nec me Chiron: nec maximus Orphe⁹.
Nec sacer Amphion citharam pulsare canoram
Edocuit: nec Pieridum tractare choreas
Edidici: ferat ipsa tamen pulcherrima rerum
Gloria gestarum. populos quibus inclytus omnis
Illustras: numeros & uerba sonantia secum.
O utinam liceat. conspecto cominus uti
Affatuque tuo: cuius calcaribus actus
In campum ceu lydus equus non singula pergam
Paucaue carminibus complere uolumina binis.

Non solum Aeneas in te uel doctus Vlysses
Aeacidesque ferox picta uirtute uidetur.
Sed quicquid natura potens in gentibus altum
Omnibus ostendit:tu solus id omne benigno
Sydere complexus:tantum mortalibus unus
Omnibus excellis:quantum sol omnibus astris.
Interea dum nos tam longus tractus aquarum
Terrarumque uiis non tutis superat:o mii
Rex Alphunse decus spes & tutela Philelfo
Vnica Francisco decies cape millibus actas
Versibus ad calcem satyras : quas fronte serena
O ro uide:siquando tuas tam multa laborum
Cura aures laxet.nam te fortasse iuuabunt
Hi nostri quicunque sales:non semper agendi
Ducitur officiis hominum natura:sed olim
Intellexere iuuat:proprium nam corporis illud:
Hoc animi est.animo cedit ius corporis omne.
Corpore magna quidem rebus fœliciter actis
Attuleras momenta tuo:uerum omnia ductu.
Auspiciisque animi per se maiora potentis
Hæc effecta tibi.nam mentis acumine celsæ.
Q uæ fuerint uentura:uides.inopinus inermem
Te nec casus habet:nec sors improuida turbat.
Q uinetiam fortasse iocis toruisque cauillis
Inuenias aliquid:quod nec regalibus ipse
Auribus indignum ducas.sub uepribus aspris
Nonnunquam mixtos uiolis legere hyacinthos:
Dumosisque rosas ramis uidere rubentes.
Siquis honos satyræ:non ultimus ipse supremam
Tam longo tetigi spatiatus in æquore calcem.
Hoc rebus primum me iuuit puluere claris
Prælusisse tuis. nostræ documenta Thaliæ
Accipe:quam siquo dignabere laudis honore:
Altius attollet uiridanti uertice ramos.
Perque omnis effusa sinus orasque iacentes
Montanasque plagas totum sublimis in orbem

Euolet. atque tuos alacris comitata triumphos
Ipsa tuæ manibus connectat serta pudicis
Perpetuo uictura comæ. cantuq; superbo
Te super astra ferat resonis adiuta sororum
Vocibus astriferos referens concentibus orbes.
Nec tu solus eras: nam te meus ille Philippus
Anglus honos regum. Latiæ lux inclyta gentis
Coniunctus lateri semper comitetur euntem.
Non & enim nescis: quantis uirtutibus ille
Claruit: & dulci quam te dilexit amore.
Te natique patrisque loco ducebat. & unum
Te statuit moriens: quem nossent omne per æuum
Venturi sibi nil uita carius omni
Iucundoque aliud mage nil te rege fuisse
Vnde tibi nomenque suum titulosque probatæ
Commendat fidei: quam de te rebus in atris
Omnibus & lætis semper sensisset eandem.
At si uera loqui tecum. non ficta pacisci
Rex Alphunse licet: quoniam meus ille Marias
Censuit e cunctis solum & regibus omni
Laude refulgentem: stimulos mihi iecit amoris
Infixitque tui: non est fortuna. nec ulla
Corporis ex terior bonitas: sed nobile mentis
Egregiumq; decus numeros uis ducta per omnes
Quæ facit æternos homines cunctisq; uerendos.

FINIS.

Franciscus Philelfus huic Satyrarum operi extremam manum Mediolani imposuit. Die Martis kalē. Decembribus Anno a Natali christiano. M. CCCC. XLVIII.

umeros

¶ Calliphilus Bernardinus Robiatinus in Francisci Philensi Poetæ præceptoris sui Satyras.

Terrarum cursus Satyræ discurrite: flammis
Et facinus uestris urite quodque malum.
Ambitio: liuor: cædes: uis: furta: rapinæ:
Orbe micant toto. regnat & ipse Cotys.
Nunc trutinam prætura tenet malesana retortam:
Et quæ iam fuerant dextra: sinistra manent.
Mitra suum proh nulla quidem conseruat asylum.
Cœnosæ fiunt sana frequenter haræ.
Artemin atque iuuat fœdæ parere Dionæ.
Mercurium Bromio. Thaidi Penelopen.
Quis parcit uitio? Quis uel non crimina curat?
Vel quis non aurum nocte dieque sitit?
Ergo præcor: tantas iam pellite pellice clades.
Corrigite & uestro fulmine quosque reos.

¶ Impressum Venetiis per Bernardinum Vercellensem: iussu domini Andreę Torresani de Asula M.ccccc.ii.die.xxvi.Iulii.

¶ Registrum huius operis

a b c d e f g h i k l m n o p q r s

¶ Omnes sunt quaterni.

¶ Quinterni.vii.charta.i.

Ex libris ... de Marco ... ex dono Mgri ... Bourdier

a-s^{8}






BIBLIOTECA